

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91**

A-C - Ettenheim-Münster 88

**Richard, Jean**

**[S.l.], 1776**

Correptio

[urn:nbn:de:bsz:31-110859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110859)



P. Ludovicus de Granada, et Cardinalis Bona circa hanc materiam solida et movendis animis idonea eloqui sunt. Dominus Beroat in sua Penitentia Adventu diffinit de penitentia conversionis, penitentia expiationis, penitentia precautionis, et penitentia conservationis.

Dominus Joly Episcopus Aginensis conversionis essentiam, necessitatem, severitatem, durationem, et facilitatem demonstrat, tom. i. Praeconiorum.

Guilielmus Barisiensis Tractatu de Sacramentis et legibus, S. Pacianus Episcopus Barinonensis, Patres Faber, Lobbatius, et Albrigi Jemita, Olivarius Barry, Nicolaus Kapanus, Stapletonius, &c., etiam legi possunt; proclara apud ipsos inveniuntur.

### Correptio,

Obligatio proximum corripiendi,  
admonendi, necnon ad rectam viam  
ipsum reducere conandi.

#### Sermo Primus.

Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum in-  
ter te et ipsum solum. Matth. 18.

Pro ser. 3. 2. a heb.  
Dom. in Quadr.

En Christiani, gravissimum charitatis fraterna officium; et quod tamen saepe omnino negligitur. En actio-  
num in vita civili summe necessarium, et simul, qua sine scupulo infringitur. En legem adeo clarè et dis-  
tinctè explicatam, ut eam non agnoscere sit impossi-  
bile; et tamen ita neglectam, ut non immerito credi  
possit, quod ab ea se eximere licitum sit, si val de  
voluntate Legislatoris, vel de sua potestatis exten-  
sione dubitare fas esset.

332.

Jesus Christus primum de illis, qui malè vitam suam  
proximum scandalizant, sermonem habuerat, et ad ducto  
boni Pastoris exemplo ovem, quae erraverat quaerentis, ut  
eam ad ovile reducat, gravem hanc fraterna correptio-  
nis legem imponit, ne qui malè agunt, ex corripiantium  
penuria in sua pravitate pereant, inquit S. Chrysostomus;  
et ne etiam ii, quibus in ipsos est quaedam auctoritas, se  
illos corrigere non teneant arbitrentur: hinc priorum  
colibens peccatum, quod alia superbia et impunitas  
induraret, illinc alteris occasionem probers erga suos fra-  
tres illud misericordiae spiritualis opus exerendi, quod

Matth. 18.

v. 1.

Ibid. v. 12.

\* Rom. 16.

Euth. at Abul.

q. 76. Sylvaire

l. 6. c. 11. anposit.

i.



practis in Evangelio ipsis omnino à Jesu Christo commenda-  
datur.

Si hæc fraternæ correctionis Lex ad amissionem obser-  
varetur, quantum peccatorum diluvium non cohiber-  
retur? quantos prudens et intrapida charitas in virtute  
progressus non procrearet? Sed siue sit negligentia, siue  
metus proximo suo non displicendi, atque illius iudic-  
tam in se conitandi; siue inconsiderantia et impru-  
dentia necessarias præcautiones non adhibendi, ut ad-  
monitiones, quæ ipsi fiunt, eidem utiles reddantur,  
nimisque frequenter accidit, ut hæc correptis tantum  
negligatur, etal infructuosa sit, quantum est necessa-  
ria. Cæui eam adhibent, et inter eos, qui eam adhi-  
bent, pauciores adhuc sunt, qui eam cum suavitate adhi-  
beant.

Divisio  
333.

Vos, qui eam negligitis, ita et corripite fratrem  
vestrum: Vada et corripe; Urgens est charitatis officium.  
Vos qui eam malè adhibetis, iis mediis utamini,  
quæ felicem illius successum vobis promittere valent,  
Soli solum fratrem vestrum corripite, inter te et ip-  
sum solum; hæc sunt prudentiæ temperamenta, quæ  
oportet observare. Si charitas hoc munus imponit,  
ne credatis vos ab illo animi posse, hujus rei rationes  
vobis prima sermonis mei parte ~~vobis~~ demonstrabo.  
Sed si hoc charitatis munus cum prudentiâ dirigi de-  
bet, ne putetis, vos illius felicem exitum habituros sine  
quibusdam præcautionibus, quæ adhibere oportet,  
eos vobis secundâ parte declarabo.

Parvima  
334.

Sæculo tam depravato ac nostrum est; infortuna-  
tis hircæ temporibus, ubi blasphemias, fornicatio-  
nes, usurae, detractiones, calumniae, violentiæ, in-  
justitiæ, impietates, prava exempla velut univer-  
sale diluvium se super totam Christianismi faciem  
diffundunt; ubi ferventes vir aut mulier, qui per sa-  
lutares correptiones se huic torrenti opponere conan-  
tur? Ubi vir aut mulier, qui Dei bonique publici  
causam in se suscipiantes, amanter illos admonen-  
ant, qui fortè ad officium suum redirent, si se ab eo  
deplacite ipsis significaretur?

Si Ozias se Sacerdotali ministerio ingerit, vir



aliquis Azarias invenitur, qui illum reprehendat;  
 Si Achab pauperis Naboth vineam occupat, vix aliquis  
 Elias reperitur, qui ipsi peccatum suum exprobat. Si  
 improbi, quemadmodum Israëlitæ, vitulum aureum  
 et fortuna idolum adorant, et circa illud choreas agunt,  
 necnon perfidissima quæque ipsi offerunt, vix auditur  
 Moyses quidam, qui de hac idololatria et corruptione  
 publica conqueratur. Si in durati peccatores et a parti  
 Religionis contumtores Evangelii et poenitentia Christi-  
 ana severitatem vident, vix datur Joannes Baptista ali-  
 quis, qui laboriosum hoc Baptisma prædicans hisce ipsos ad-  
 quatur: "Geminina viperarum, quis vobis contra immi-  
 nentem Dei iram hæc perniciosam securitatem tribuit?"  
 "Sauris jam ad radicem arboris posita est, facite ergo lignos"  
 "poenitentia fructus."

Audacter cum S. Cypriano\* dicamus "Rarus hodie Ohi-  
 nesc, qui perfodiat impudicos; rarus Moyses, qui occidat sa-  
 vilagos; rarus Samuel, qui inobedientes legeat; rarus Job,  
 qui pro filiorum negligentia sacrificium offerat; rarus  
 Noë, qui his, quibus submersis evanuit, æream bitumine li-  
 tam provideat. Peccatum videtur, et altum silatur; blas-  
 phamantium imprecationes et Atheistarum Scimmata  
 audiuntur, et tacetur: lupi intrant in ovile, et canes  
 non latrant; hostes ubique mania labefactant, ut Jeroso-  
 lymam diripiant, et vigiles, quos Deus supra muros illius  
 collocavit, neminem hujus irruptionis admonent; conta-  
 giosi morbi de die in diem augentur, et prudentes corruptio-  
 nes, quæ contra eorundem utilia remedia esse possent, negli-  
 guntur."

An forte nulla corruptionum obligatio erit; Sirta,  
 ergo etiam nulla erit Deum et proximum diligendi; his enim  
 duobus gravibus legis articulis nititur obligatio cor-  
 ripiendi fratres suos, ubi in flagitia lapsi fuerint? Dili-  
 gitime Deum? tum ipsos corripite, id Dilatio, quæ cum  
 prosequimini, exigit; Diligitime fratres vestros? ergo  
 etiam ipsos corripite, ad id vos fraterna charitas impellit.

Quod teneamus Deum amare, id omnibus notum est:  
 sed quousque hoc amoris præceptum protendatur, id in-  
 numerari Christiani ignorant. Apud aliquos est amor pol-  
 licitationis et verborum; apud alios est amor inofficio-  
 sus et languidus: dicunt, quod ipsum amant, sed pro ipso

\* De jejuniis  
 et tentatione  
 apud Alb. 208

335.



nihil agere vel pati volunt. Amoris phantasma quot Christianos discipulis et damnas!

Qui Deum amant, toti ipsius sunt, spiritu ipsius vivunt, pro ipso operantur, de ipso semper bene sentiunt, gloria ipsius amuli, honoris ipsius studiosissimi, non modo apud se ipsos, sed et apud omnes illos, in quos quamdam habent auctoritatem, eundem promovere conantur. Qui Deum amant, quod ipse odit, odierunt, quod ipse aestimat, aestimant, quod contemnit, contemnunt, omnibus, quae ipsi sunt contraria, se opponunt: et inde sequitur, quod, cum nihil ita abhorreat ac peccatum, si eum diligimus, peccatum nec in nobis nec in aliis tolerare possimus; et cum ad ipsius cursum reprimendum nihil aptius sit, quam industria et farrida correctio, eam adhibere teneamus ex praclarâ hac, quam S. Augustinus offert, ratione.

336.

Quilibet Christianus, inquit hic S. Batar, duplici sensu in Deum affecti debet, sensu doloris nempe et desiderii: sensu doloris, quod videat, se non nisi imbecillitate et imperfectâ summum hoc bonum diligere, quod infinito amore dignum est; motu desiderii ipsi corda luerandi, quae cordi suo juncta amoris sui tenuitatem, languorem, infirmitatem, imperfectionem suppleant. Porro Christianus, qui ex una parte dolet, se, quantum vellet et posset, Deum non amare potestne tranquilla et frigida carne cum ignominia affectum, Despectum, et contemptum? Non procul dubio, modo zelus huius cum odio contabescit, et modo cum indignatione et vindictâ armat sicut Davidam. Modo in gemitus et ejulatus eum erumpere facit ut Jeremiam; modo sicut huic prophetae, ipsi inspirat, ut omnes vobis Ierosolyma plateas percurret, et peccatores ad salutarem penitentiam inducat; modo comminationes in ipsius ore ponit, manibusque tradit flagellum, ut sine misericordia induratos puniat; modo verba consolationis et mansuetudinis ipsi tribuit, ut iis, quos ad se ipse redire paratioris conspexit, dicat, venite dilecti fratres mei, Deo Salvatori nostro Deum gloriam, humili culparum nostrarum confessione ei obviam procedamus, ad pedes throni ipsius obvolvamus, et coram Domino, qui facit nos, amare fleamus.

En quod amara Deum nuncupatur, inquit S. Chrysostomus\*, si nempe ipsi tot, quot possumus lueramus, ipsi tot inimicos reconciliamus atque per correctionem tot peccatores ad officium vocamus, quot ab eo recesserunt,

\* In hac verba cum autem subiecta fuerint illi omnia.



et in quos potestatem aliquam habemus: si alio animo affecti  
sumus, tum ipsum non diligimus.

At quid? inquit hic S. Pater, cum tanto ardore Ra-  
gum commoda tuamini, ut ad minimam, qua ipsis in-  
fertur, injuriam aera capestris: et quod Regem Regum  
attingat, qui vobis presentibus contumelia afficitur,  
frigidi et tranquilli estis? Gloria Principis cujusdam,  
quem forte nunquam vidistis, nobilem vobis inspira-  
bit indignationem: et gloria Principis omnium Prin-  
cipum omnino negligetur? Terra dehiscit, ut de  
blasphemiis Coza, Dathan, et Abiron cum ulciscatur,  
Sol contra inimicos Josue sistitur, luna et Stellae  
contra Sisaram pugnare, quia ibi de honore Dei agitur:  
et vos his inanimatis creaturis duriores, in molli indo-  
lentia remanetis, ita infelices, ipsum non diligitis.

Imò nec proximum vestrum amatis, si ipsum  
corripere negligitis; nam quid est amor ille, quem  
ipsi debetis? est, inquit S. Augustinus\*, amor ope-  
rationis et sollicitudinis, amor actuosus et impiger,  
ad ipsi in veris necessitatibus suis, quantum valetis,  
opitulandum, sive circa ea, qua animam ipsius respi-  
ciunt, sive qua ad corpus ipsius referuntur, cum hoc  
tamen discrimine, ut charitas, quando sapiens est et  
bene ordinata, semper quod urgentius est, statim arri-  
piat. Haec varia necessitates sunt sibi invicem subor-  
dinata; oportet ergo, ut ipsorum remedium etiam  
subordinationem aliquam habeat; et quia id, quod  
S. Augustinus elemosynam cordis appellat, infinita  
masupii et maruum elemosynam separat, oportet,  
ut amor ad id, quod magis necessarium est, curat.  
Porro nihil magis necessarium est, quam solatium  
miseris et indigentis. Supernaturalis, qua per gra-  
tia amissionem contingit; et quia solatium hoc et la-  
vamen impartiri cum ingenti fructu potest per correptionem  
fraternam, nemo unquam illud proximo de-  
negare valet, si eum verè diligit.

Es usque! et hoc bene notatis valim:| Etsi quis, ut  
qui validis et legitimis rationibus ab largienda ele-  
mosyna corporali sunt exanti, tamen interdum hanc, de  
qua loquor, elemosynam spirituales largiri tunc an-

337.

\* Hom. 8. in  
Ep. i. S. Joan.



tur. Magnas jecturas tolerasti, tempus non feras, magna tibi familia, vix habes quæ vitam trahas, elemosyna præceptum te non spectat. Sed frater tuus te presente peccat, et per suum peccatum jecturam omnium maximam facit; Domestici tui et liberi in scandalosa licentia vivunt, præceptum correptionis te respicit, nisi eos corrigueris, totisque viribus ad officium reducere conatus fueris, te coram Deo summè reum constituis, qui observat, se animas et sanguinem eorum à te repetiturum.

338.

Quam pauci sunt, qui hanc obligationem agnoscant, siquæ satisfaciunt! Plerique se eam exemptos adhibentur; Satis utique est, inquirunt, si ego mihi ipsi invigilam, quilibet onus suum portabit, nimisquam circa propriam salutem occupatum me aliorum salus non tangit. Sint blasphemæ, impudici, Religionis contemptores, hæc ipsorum duntaxat, nihil meâ, intarsunt: Quid ad me?

\* in i. ad Cor.

Quid ad te? repetit S. Chrysostomus\*, ad quem argo? et cujus hæc intarsunt? fortè Damonis, qui non querit aliud, nisi ut te et proximum tuum tentet et perdat? fortè Religionis contemptorum, qui flagitiis applaudunt, et adulationum suarum ignavia, vel malorum exemplorum suorum corruptione ea probant? fortè hereticorum et ethnicorum, qui, ut in amoribus suis perseverant, scandalosam innumerorum Christianorum vitam quotidiè nobis objiciunt?

Hæc tua non intersunt: Scisne, quod, cum ita loqueris hominis omnium tristissimi agendi rationem imitatoris, Caini scilicet, à quo cum Deus quesivisset, quò frater ipsius devenisset, non aliud ab ipso præter istud tulit responsum: num ego custos fratris mei sum? quid ad me, quo ipse devenavit? Scisne, quod cum ita loqueris, sicut Scriba et Pharisei loquaris, qui audientes Judam fatentem, quod sanguinem justum tradidisset, ipsi responderunt: quid ad nos? tu vidaris.

Matth. 27.

Quamvis haud arbitramur, quod hoc falsa ratione excusamur ab obligatione corrigendi fratres nostros, tamen ex alia parte hoc charitatis officium negligimus. Nolumus nobis facere molestiam, ab amico nos abalienare, filium offendere; imò subinde



nec herus audeat servum corrigere; Sufficit, quod ipsi bona famuletur, sitque fidelis, nec non rei familiaris curam gerat, caetera ei indulgentur. Juvat, inebrietur, perditas mulieras frequentet, ad haec omnia clauduntur oculi, ipsi molestiam creare et abundantiam occasionem praebere timetur.

Si puella alium ingenium, ac festivi moras sint, si non sit vitae rationem ad communem vivendi ritum exigere, si gratiam patris ac matris amittere sicut, tum infelix mater haec filiae istae mibe inhonestas, quas sibi sumit, libertates, morisque ad amatoria blandimenta et effrenatam licentiam compositos indulgabit: conat, quod horas, quas orationi et Dei obsequio ac cultui impendere deberet, in choreis ac comedia transigat; quod loco piorum librorum, quibus munera sua doceatur, alios legat, in quibus damnationem suam addidit; quod valitis modestis puellis, quae ei sensum pietatis ingerere possent, non nisi illarum societatem quaerat, quae ad illam depravandam sunt idoneae; et tacet. Et quis hujusmodi genitorum patrem et matrem nunupat? quis dicat, ipsos amare liberos suos? An non potius sunt illorum carnifices, atque re ipsa illos odio prosequuntur.

Ad quid ergo istud fraternae correctionis praecceptum redigatur, et cui datum erit? Sancta Propheta tremabas, et aeterna maledictione feriri timebas, quod tamiffas: et vos o patres et matres, et vos o heri et herae ad salutis vestrae negotium tranquilli permansbitis, vos, qui ex ignavia, ex indulgentia, ex debili et crudeli amicitia patimini, ut vobis praesentibus Deus offendatur? Haec anima, hic proximi vestri sanguis a vobis rapetatur; et quamvis in vobis ipsis nullum unquam peccatum admiffissetis, sola hujus praeccepti omiffio ad vos damnandum sufficit. Corripere fratrem suum non est consilium, inquit S. Thomas\*, sed  
 \*i.2.q.3.a.2.  
 praecceptum; nam si verum est, quod illum sciatis vos ipsos diligere teneamini; et si amor, quo vos ipsosmet prosequimini, adeo ferventes ad ea omnia, quae vobis utilia esse possunt, persequenda, et ea, quae vobis nocere possunt, avertenda afficit: ad quantas curas vos fraterna charitas impellere non debet? Cum proximum vestrum

Vae mihi quia  
 tami.



non corripitis, an non ipsius interitum cupitis? an non ad ipsius peccatum operam confertis? an non ei probatis an-  
sam in eo perseverandi? et procul ut eum à praecipitis retrahatis, an non cum ipso in illud mitis?

§ 340.

Sed, dicit aliquis, corruptis mea erit si inutilis. Quis hoc tibi dixit? Nihilominus id, quoniam ita vis, pono; inde tamen ab hoc proximum tuum corripienti praecipito non eximaris. Tui est verbis tuis eam, quam volueris, unctionem et vim tribuere: Sed tuum est, quemcumque Iamum successum corruptis tua sortiaturo, officium tuum complere; tibi cura proximi tui demandatur, non ut eum sanes, praecipitur.

Curam praestare  
exigaris  
non curatio-  
nem. S. Bern.  
Serm. 3. De  
Turrit.

Quando Samaritanus hominem illum, qui in viâ Jericho graviter vulneratus fuerat, duxit in diversorium, non dixit hanc diversorii: Sana hunc hominem, sed curam illius habe, et quodcumque supererogaveris, ego reddam tibi. Quando Jesus Christus tibi dicit, ut proximum tuum corripias, non simul tibi salutarium tuarum admonitio-  
num successum demandat, id age duntaxat, quod hac occa-  
sione ardens zelus tuus tibi inspirabit, cetera Deo per-  
mitte. Si fratrem tuum diligis, ne illum in suo peccato relin-  
quas, et ne ex silentio tuo arbitratur, noxas suas non esse noxas, quidquid in eo, quo es status, potes, ago, et hanc S. Scriptura sententiam adimplebis: Domine zelus domus tuae comedit me. Si quis te praesente quid-  
piam evidenter malum perpetrat, si amicus tuus, blan-  
de illum admone; si unor, severe illam corripe; si unus ex famulis aut ancillis tuis, comminationibus, si ita res exigat, etiam saevos castigaciones adjuage: imprimis nec remissus, nec ignavus, nec indifferens sis, non te so-  
lum attende, nec dicas in corde tuo: quid ad me aliena peccata sanare? an non mihi sufficit pro Deo animae meae puritatem conservare?

Vade ergo ad proximum tuum, vade, charitas te ad hanc piam sollicitudinem impellere debet; sed si felicem successum habere desideras, oportet, ut charitas tua prudentiâ regatur, easque omnes, quas tibi praescribit, praecautio-  
nes et rationes adhibere debes; eas secunda sermonis mei par-  
te vobis explicatum eo.

Part 2 da  
341.

Dantur generi adeo diversi, necessitates adeo multipli-  
catae, indoles adeo dissimiles, ut difficillimum sit ea ob-  
servare, quae sunt necessaria ad utiliter proximum corri-



piendum. Modò dolosus est, et vos decipit; occultus, et vos fugit; officiosus, et vos vana spe decipit; brutus, et vobis malè precatur; tetricus, et vobis se subterducit; superbus, et vos contemnit; indocilis, et vos aversatur; induratus, et admonitiones vestra parùm curat.

Quò falisim corceptionum, quibus ipsum exipimus, seu ipsum sperare valentem, ea nobis esse debent Dextertitas, qua illum alliciamus; affabilitas, quã ipsius animum devinciamus; anima amplitudo, quã ipsius commoda nostris profarimus; generositas, quã omnibus ipsius comminationibus superiores effemus; lenitas, quã miseriis ipsius compateremur; firmitas, qua ipsius obstinationem frangeremus, patientia et perseverantia, quã eum valut proprope in omnibus suis deviationibus sequeremur.

Altero Jerechia opus foret, qui evelleret, destrueret, disperderet, dissiparet, plantaret, et edificaret, qui se in tot figuras transformaret, quot officiosa prudentia, et sapiens charitas exigit: dissipans effrenatam quorundam licentiam, validantes aliorum virtutes confirmans, hũmalas exellens consuetudines, ibi earum loco sanctas stabilire satagens: Vir satis firmus, ut iniquitati obsistat, satis flexibilis, ut fratrum suorum infirmitati se accommodet; promptus sine precipitatione, delinians sine absentatione, fervidus sine acerbitate, urbanus sine affectatione, utans auctoritate erga suos inferiores, observantiã erga suos superiores, familiaritate erga suos aequales, commiseratione erga debiles, severitate erga obstinatos, ingenuitate erga simplices, sapientiã erga prudentes, pro gloria Dei et fratrum suorum salute tot induens personas, quot diversa repariuntur objecta, circa qua charitas ipsius occupatur.

Sed cum ita vobis loquor, totque exigo condiciones, an non potius à faciendã corceptione vos avarto, quã ut ad eam vos excitam? Non, H. M. Solummodo vos monas, quòd ad corripiendum proximum sola charitas non sufficiat, sed in super magna circumspetis et prudentia requiratur; vos, inquam, monere velim, quòd exiguus fructus, qui ex factis ipsi adhortationibus refertur sapè indè proveniat, quòd non omnes ad eam necessariã conditiones fuerint observatæ, quas S. Paulus variis suarum Epistolarum locis tam sitè exponit, quando agit, modo: Ut fratres nostros



corrigiamus, cum multa patientia, ut si quis sit, illos ob-  
sacremus, atque huic charitatis officio opportunè et im-  
portunè insistamus; modo: ut aetatis, sexus, variaeque  
personarum, quibus eum agimus, conditionis rationem  
habeamus. Singula hinc post ipsum exponendo, merenturque  
ut ea audiat, cum ad vestram institutionem nihil aptius  
aliqui possim, quam ea, quae magis hic Apostolus ad Ti-  
moltheum discipulum suum scripsit: Bredica verbum, in-  
sta instat opportunè importunè, argue, obsera, incoepa  
in omni patientia.

344.

Dantur peccatores adeò surdi, ut, nisi ipsis clamatur  
in aures, non audiant, nec non opportunè importunè, ut  
auscultant, adducendi sint: Sunt animae lathargicae, quae  
validis et vehementibus agitationibus à somno excitari  
debent; sunt animae desidiiosa, quae stimulis et commina-  
tionibus ad ambulandum adigi debent; sunt animae indu-  
ratae, quibus ferro et igne magni ipsarum mali sensum  
ingeri necesse est, Satis exigua spes erit eas ad officium  
suum reducendi.

Dantur alii, quos arguere sufficit, argue: Sunt animae  
timidae, quarum indoles mitis est et flexibilis; ipsis fer-  
mè satis est bonum cognoscere, ut illud amplactantur, et  
malum, ut illud odio prosequantur. Magistros indigent,  
qui eas munera sua doceant, pastoribus et ductoribus, qui  
eas minant; ad horum magistrorum documenta dociles,  
probris horum pastorum et ductorum exemplis permotae  
cognitae veritati manus dant, vestigia ipsis exprostra in-  
sistent; et de praeteritis suis deviationibus combescentes,  
ad rectam viam se recipient.

Dantur alii, quos obserare oportet, obsera: Sunt arro-  
gantes et intractabiles animae illae, quae ad minimum, quod  
austoritatam quamdam spirat, verbum obtruntur, ani-  
mae illae superbae, quae nihil quod dominationem sapit,  
ferre possunt. Fallitur, qui amarà quadam corruptione  
apud huiusmodi homines se quidquam efficere posse arbitra-  
tur; sed qui blandè ipsorum animum devincere conatur,  
qui eis sicuti impiis Nabal pravitates ipsorum exponit, ubi  
ab ira impetu et ebrietate ad se ipsos rediit, qui vultum  
lenem et demissum induit, nec non quodam sensu ipsos ob-  
sacrat, ut iniquam suam agendi rationem animo perpen-  
dant, cocitatem et obstinationem suam deponant, talis  
ipsos levandi medium adinvenit.

345.

An non id ipsum innuere vult Christus Jesus, quando



nobis praecipit, ut fratrem nostrum inter nos et ipsum solum corripiamus, non clam ipsi ea salutaria monita demus, quae palam cum indignatione audiat? Tunc enim nos ipsos sub eo demittimus, si quodammodo adulamur atque exponimus, quod, cum aliis egregiis votibus possit, indignum sit, ut eas obscurat iniquis actionibus, quae Dei odium hominumque contemptum ipsi accersunt. Hunc saltim sensum his Christi verbis, Corripa eum inter te et ipsum solum, tribuit S. Patianus\*. Tunc, inquam, illum in somnum inducimus, velut Jahel Sisaram, cui ipsa lae praeiit, ut ei soporantem crearet; ac tenacis demissisque adhortationibus nostris fratrem nostrum lenientes, capiti ipsius verbi Dei clavum infigimus, qui in eo veteris hominis superbiam et obstinationem interficit, ut novi hominis spiritu vivat.

Nam, prout aptè volat S. Augustinus, non modo fastosus et imperiosus tumor et indocilitas peccatorum tollitur; sed magis mansuetis institutionibus et documentis, quam acerbis invagationibus ad frugem reducuntur. Quod ipsis munitando nunquam adipsos eamur, id monendo ipsos et observando obtinemus, tunc enim charitas christiana se ita opportunè ad ipsorum genium accommodat, ut cum eos corripit, mitis sit, sicuti simplex est, quando eis ad blanditur. Cum sit prouidens, severitati, quam avertit, necis quid mansuetum et tenacum admiscet; et quemadmodum dici potest, quod sine fraude aduletur, ita etiam dici potest, quod irascatur et corripiat, nec tamen quidquam humilitatis et patientiae suae amittat.

Quod si haec ita sint ne tot corruptionum, quae fiunt, inutilitatem miramini. Cum cupiditas in eis potius partem habeat, quam ratio; Superbia, quam charitas; animi praesumptio, quam veritas; impetus quam mansuetudo, ira et indignatio quam justitia: hinc peccatores semper remanent peccatores, et talam, qui melior evasisset, si circa eum necessariae praecautiones fuissent adhibita, sapia corripientis imprudentia pejorem efficit.

Quantà ad salutarem correctionem prudentia, quantà solertia et circumspectio opus est! Solertia et circumspectio ex parte status et conditionis personarum; magnos non sicut parvos corripimus, heris non loquimur sicut servis; Nathan peccatum Davidis parabolâ involvit, et haec figurata correctio illum ad se ipsum reducit. Principum et Magnatum animi dexterè et solerter sunt tractandi, uni-

\* Corripa eum solum cum solo.  
S. Patianus Ep.  
ad Sympt. apud  
Sylvariam.

Non modo impetioso ita tolluntur, sed magis docendo, non tam jubendo, quam monendo, nec tam minando quam praedicando.  
S. Aug. Ep. ad An-  
rel. Episc. ling.  
De correctione.

Cum arguit mitis est, cum blanditur simplex.  
Sic solent savi-  
re, sine dolore mulcare, patienter novit irasci, humiliter indignari.  
S. Bern. Ep. i.



cum asperum verbum ipsos irritaret, cum contra monitum opportunè datum ipsos reducat: ad ea, quae agunt, scopi claudendi sunt oculi, et velut à longè ipsorum deviationes respiciendae, servè sicut Deus, qui locum, in quo Adam se occultaverat, se nescire simulavit, ut ipsi dicere posset, Adam ubi es?

Solertia et circumspectio ex parte aetatis et sexus.

347.  
\* i. ad Tim. 9.

Seniorem ne increpaveris, inquit Apostolus Paulus, sed observa ut patrem; juvenes ut fratres; anus ut matres; juvenulas ut sorores: Senex vobis observantiam imponat, juvenes ad commiserationem vos moveant, anus et juvenulae modestiam et pudorem vobis inspirant. Proverta aetas cum albescentibus capillis suis quidpiam grave praesert, quod reverentiam imprimit, inquit S. Ambrosius, et in sacra Scriptura vix praeter juvenem Danielem quemquam reperimus, qui tam severè binos senes illos, qui tam iniquè castam Sufannam accusaverant, increpavit. Sunt in senibus aequè ac in juvenibus peccata, quae corrigi debent; sed eos velut patres vestros respiciatis oportet: porro filius, qui patrem suum de gravi culpa vult arguere, audaciam modestiâ et observatione mixtam adhibet: ita etiam cum ipsis agite, et tum vos diligenter, nam non ea libenter accipient, quae ipsis suggerenda vobis prudentia vestra suadabit.

Si sanctus vobis reverentiam inspirare debet, tum juvenus vos ad commiserationem moveat, oportet; Stultitia est collo pueri velut alligata, inquit Spiritus sanctus, virga correctionis eam expellet. At quomodo dicitur eorum, qui mente turbati sunt, misereamini, ita etiam, prout opportunum judicaveritis, vos ad commiserationem commoveant juvenes in illis peccatis, quae minus malitiam eorum, quam infirmitatem et debilitatem denotant; aetatis ardor ipsos abripit, cupiditas exacerbat, malorum exemplorum torrens trahit, quid faciant nesciunt. Humaniter velut proprios fratres vestros ipsos habete, juvenes ut fratres.

Sed quomodo agatis cum foeminis sive anibus sive juvenulis? Si anus sunt, eas velut matres habete, si juvenulae, ut sorores; sed semper cum summa modestia et pudore. Si unquam prudentes et modestos vos esse oportet, tum vel maximè hac occasione, ipsarum



vitia damnata, sed earum pudori, aurium castitati, et sexus honori parcite. Si ita cum ipsis egeritis, tum in a cordis ipsarum commoveritis, ab earum animabus malas consuetudines avellatis, ipsas doceritis, ut ob attentio- nem, quam erga ipsas habetis, sibi ipsis non parcant.

Solertia denique et circumspectio ex parte propria vestrae agendi rationis. Omisso, quod correptiones, quae fieri solent, plerumque in quodam verborum fluxu et refluxu consistant; omisso, quod per eas potius peccatori insultatur, quam deliniatur, minusque ad fletum quam ad iram incitatur: Mementote F. M. gravis illius S. Grego- ri consilii, ut scilicet sit vobis mansueta severitas, et severa mansuetudo, ut per charitatem fiat, quod aurum omnium metallorum durissimum per ignem fit, et ad ve- rificandas omnis speciei figuras apti, mites, ubi oportet, se- veri, quando necessarium est, firmitate intrepidum, amicitia animos devincientes, modo arguentes, modo observantes, mo- do cum forti animo vos erigentes, modo cum prudentia vos de- mittentes; peccato nunquam indulgentes, sed peccatori ser- vientes; malum, quod perpetrat, vituperantes, sed qualita- tem et personam ipsius reverentes.

Quanta vobis obviamet gloria, si tam difficile ministerium ad vota vobis cessarit! Fratram vestrum lucubimini, inquit Jesus Christus, et, prout explicat S. Chrysostomus, om- nium officiorum maxime illum semerebimini. Coenasset, et oculos illi aperieratis; longa a visis Domini recesserat, et vos illum ad eas reducitis; Dux, amicus, Angelus custos ipsi eritis. Quod ille egit, qui Loth Sodomam eduxit, quod ille praestitit, qui catenas Patri dirupit; quod Raphael in gratiam amborum Tobiarum fecit, id vos proximis vestris faciatis, ipsum a peccato suo arceatis, suam libertatem ipsi conciliabitis, ipsum ducitis, ipsum illuminabitis, ip- sum consolabimini.

Tanta fovamini gloria vos fervidi et sapientes viri, quos Deus vult conservatores Salvationum Christi Jesu filii sui intulit, vos, qui sicut Job, estis coeco oculus, clau- dicanti pes et flilevum; benedictio illius, qui sine vestra ope periturus erat, super vos descendat. Tam ampla gloria fovamini, vos benignae et prudentis foeminae, quae quemad- modum Abigail insensatos Nabal officii sui admonetis, quae

Protector salva-  
tionum Christi  
sui. Psal. 27.

Benedictio pari-  
turi super se ve-  
niabat. Job. 29.



quemadmodum Esther, Assueroꝝ indignationem sedatis,  
 que sicut Sponsa Cantuarum non minorem vestrae fami-  
 liae quam vestri ipsarum curam geritis, vanitate, coronamini  
 \* Cant. 4. De pradis pardorum et leonum, quos profligastis: Sponsus ves-  
 ter coaleris paratus est vobis promissam tribuere mercedem.

### Correptio.

Fraterna  
obligatio illam faciendi et recipiendi.

#### Sermo secundus.

Pro Fratre quarta  
 tertia habito-  
 matis in Quarta  
 genina.

391.

Accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scribae et Pharisei, dicen-  
 tes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem Se-  
 niorum. Matth. 15.

Si difficile est reperire hominem, qui, prout oportet, si-  
 at corripere proximum suum, fateamur, Auditores, difficulte  
 adhuc esse, invenire, qui bonis, quae ipsis dantur, consi-  
 liis probentur, qui ad correptiones, quae ipsius fiunt,  
 mentem et cor aperiant. Qui corripit est homo, qui corripi-  
 tur est peccator, qui corripit multa peccata commi-  
 tura potest, qui corripitur adhuc majora peccata potest;  
 qui corripit aequus prudens esse debet ac benignus, qui corripi-  
 tur non minus humilis esse debet quam patiens: qualita-  
 tes in illis inventu admodum difficiles, in istis concilia-  
 tu adhuc difficiliore.

Jesus Christus omnium Magistrorum maximus, om-  
 nium Legistorum Sanctissimus, Sapientissimus, bene-  
 ficentissimus, prudentissimus, hic Homo Deus, in cujus  
 ore non nisi verba veritatis et vitae erant, non alias nisi uti-  
 les correptiones facere poterat. In ipso nec Superbia, nec  
 animi praecipitatio, nec cupiditas et vitium humanum  
 reperiebatur; omnia erant recto ordine disposita, et mo-  
 rum ipsius innocentia non minorem ipsi conciliabat au-  
 toritatem, quam numerus et splendor miraculorum  
 suorum. Quis ergo non credidisset, suaves ac benignas,  
 quas faciebat, admonitiones omnem, qui ex eis expectari  
 poterat, successum sortiri debere?

392.

Sed o cordis humani morositas ac corruptio quam ma-  
 gna es! Interdum Scribas et Phariseos corripiebat, et ve-  
 luti digito eisdem peccata ipsorum demonstrabat. Ipsi  
 sensibili modo et movendis animis apto exponebat eorum  
 enormem ambitionem, insatiabilem avaritiam, solam



et malignam hypocrisis, quae sub velo simulatae pietatis  
horrenda flagitia occultabat: Et infelices illi, prout ut  
malis suis tam utilia remedia adhiberent, quin potius  
vulnera sua magis adhuc veneno inficiebant, consue,  
ut in ipsum insurgerent, atque data opera à Jerusalem  
venirent Genezaret, ut ab ipso quaerent, cur discipuli  
ipsius Seniorum traditionem impune violarent: ita vidi-  
culis probris justas correptiones repellerent, ac se in  
malignos censors illius, cuius vitam vel admirari vel imi-  
tari debebant, erigentes.

An non fortè haec Pharisaeorum indocilitas ad nos  
usque pertransiit? Ad nos, inquam, qui eos diligimus,  
qui nobis adulantur, eos varò odimus, qui nos corripunt;  
ad nos, qui libenter in arca mannae dulcedinem accipi-  
mus, et tabulas legis, quae nos erudit, necnon virgam correp-  
tionis, quae nos parentit, rejiciimus; ad nos, qui adulate-  
res illos propria commoda auumpantes velut amicos nos-  
tros intuemur, qui tamen veri hostes nostri sunt, et  
qui tanquam inimicos habemus beneficos censors illos,  
qui omnia fidei et prudentis amici officia in nos confen-  
dunt.

Tandem veritati aperiamus oculos, et recordemur,  
quòd ex correptionibus, quae nobis fiunt, non proficere,  
sit quodammodo valde, ut Deus nos invitos Salvat, cum  
anima alicui nihil adeò funestum sit, quàm ipsius va-  
bellis et ad proximi admonitiones indocilitas. Sed quia  
inutile foret vobis malum exponere, nisi simul reme-  
dia ad illud sanandum idonea proponantur, en duas pro-  
positiones, quae totum hujus Sermoris argumentum  
continent. In prima ostendam, in quantam calamitatis  
abyssum vos ipsos conjiciatis, si adversus proximi correptiones  
irascimini; et in secunda demonstrabo, quem animi  
et cordis affectum vos habere oporteat, ut ex his corrup-  
tionibus compendium facere valeatis. Si lubenti animo  
eas non recipitis, spontè ad vestram reprobationem operam  
confertis; si varò amanter eas recipitis, necnon ex iis com-  
pendium facitis, salutem vestram efficaciter operamini.

Quantam felicitatem et gloriam adipiscitur, qui  
cum optato successu proximum suum corripit, utpotè  
qui per hunc charitatis actum fratris sui animae lucrum,  
quod est maximum, faciat: tantam è contrario infa-

353.

DivisioPars I<sup>ma</sup>  
355.



miam et Damnum sibi accersit, qui adversus has salutares correptiones animum suum obfirmat, cum sic propria salutis sua jacturam, quae omnium maxima est, faciat.

356.

Benignitatis et magnificentiae Dei est, feridos viros illos remunerari, qui proximi sui misericordis permoti nihil omittunt, quo salvetur. Sed ipsius est punire inemendabiles illos homines, qui ad correptiones indurantur, atque admonitionibus, quae ipsis fiunt, offenduntur. Charitas nunquam mercede sua privatur aut caret, nec indocilitas castigatione; et sicut Deus in misericordia sua coronat eos, qui eam fratribus suis praestant, ita etiam in furore suo eos corripit, qui sine ulla erga se ipsos misericordia, malitiosè à vis ejus recedunt.

\* cap. 3.

Jam pridem dixerat Deus Zachariae \*: » Annuncia im-  
» pio nomine meo, quod in peccato suo sit moriturus, nisi  
» advertatur à via sua impia, et si cum corripere neglexeris,  
» vitam et sanguinem ipsius de manu tua requiram: Si au-  
» tem tu annunciaris impio, et ille non conversus fuerit ab  
» impietate sua, et à via sua impia, ipsa quidem in iniquitate  
» sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Magna  
ex una parte obligatio, sed terribilis ex altera punitio.

\* Matth. 18. v. 15.

Eadem Jesus Christus in Evangelio loquitur \*, » Si coram  
» te peccaverit frater tuus, vade et corripe eum inter te et ip-  
» sum solum; si te audire noluerit, adhibe tecum testes; quod  
» si sic emendari destraxerit, dic Ecclesiae: si autem Ecclesiam  
» non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus, alligans  
hunc ad proximi admonitiones indocilitati deus inaudita sup-  
plicia, infamia sulcat, qualis erat publicanorum, qui apud  
Judeos erant infames; et maledictionis, qualis erat ethnicorum,  
qui tanquam à salutis via remotissimi habebantur. In quan-  
tam ergo infortuniorum abyssum se conjiciunt ii, qui contra  
proximi correptiones irritantur.

357.

Sanis verbis hujus rei rationes investigemus, atque statim  
cum SS. Patribus animadvertamus, quod, sive correptionem  
in se ipsa et respectu usus, ad quem destinata est, sive peccatorum,  
sive ~~peccatorum~~ qui illam rejiciunt, statim, sive denique cor-  
dis Dei affectum, qui salutari hac ratione utitur, ut homi-  
nem à suo peccato retrahat, consideremus, reperitur simus,  
anima nihil adeò funestum esse, quam si correptiones et ad-  
monitiones, quae ipsi fiunt, eludat et rejiciat.

358

§. Si correctio in se ipsa consideratur. Est, inquit Ori-  
genes, judicium peculiare, quod secreto pronuntiatur; Est,  
inquit S. Ambrosius, censura et attentatio personalis, quae pec-



catores ab se ipsum revocat. Est, ait S. Augustinus, amaritudo salutaris, quam veritas et charitas adhibent, ut peccatorem delictum suum sentire faciant. Est denique adit S. Gregorius Nazianzenus\*, vox aliena, qua Deus utitur, ut defectum suppleat vocis vel conscientiae, quarum stimulos peccator seipsum suffocavit, seu sermonis ipsius, quem peccator malitiosè à se avertit, quin cum ad suas nequitias vel ad particularia sua mala accommodet.

\* Orat. 26. De plaga grandinis.

Cum Deus hominem creavit rectum, in ipso tribunal arxit, ad quod interdum se ipsum citat, ut à semetipso ritae suae rationem exigeret; et hoc est conscientiae suae tribunal. Ibi cum simul et suus testis et suus iudex sit, modò de bonis operibus, quae cum auxilio gratiae operatus est, laetatur; modò sibi mala, quae ex depravatione cordis sui perpetravit, exprobrat. Sed quia amor proprius hoc conscientiae testimonium saepe corrumpit, nam non cupiditates huic interna voci silentium imponunt; quia saepe ipsummet Dei verbum in peccatoribus eum ~~reprobationem~~ affectum haud operatur, quem operari valebat, si sibi ipsis veritates, quae generatim eis proponuntur, accommodarent; hinc, ut haec conscientia, quae tacet, et hanc vocem, quam peccator malitiosè à se avertit, suppleatur, vir beneficus fratri suo dicit: Ecce quod egisti; ipsi simul et veritatem et enormitatem peccati sui exponens, atque eum verè reum esse demonstrans: Tu es ille vir. Ne culpam hanc in alium rejicias, te ipsum illa specialiter respicit; Ne levem credas, mortalis enim est, et nisi eam resariveris, tum de tua reprobatione agitur.

Felix ille, qui ad hanc beneficam correctionem, sicut David respondet, verum est, nec inficior, ego sum qui peccavi; sed infelix ille, qui peccatum suum inficiatur, vel qui adversus correptiones, quae ipsi fiunt, insurgit. Conscientia tua stimulos jam suffocasti, verbum Dei, cuius probus usus te ad officium tuum revocasset, jam à te divartisti, nihil amplius tibi superserat, quam ut beneficiis proximi tui admonitionibus te redderes, hoc ultimo medio etiamnum abissus es: quia alia ratione et via salvam putas? agrum curavimus Babylonem, ad ipsius sanationem dulcia et amara remedia adhibuimus, utraque abiecit, non est sanata, derelinquamus eam.

Vae tibi superba et inemendabilis\*, qui corripientes \* Prov. 24.



" et contemnis, funestus tibi Serpente Superveniat intaritus,  
 " et Sanitas te nunquam sequetur, inquit Spiritus Sanctus in  
 Proverbiis. Si amanter auscultasses Beneficium censorem  
 illum, fidelem et suis commodis minimè Servientem amicum  
 illum, Salvum Initorem illum, qui te ab iniquis Semitis,  
 quibus te implicaveras, retrahere studebat, viam, quæ ad  
 vitam æternam ducit, ambulasses, Via vitæ inexcusationis  
disciplina. Sed quia illum rapulisti et contempsisti, quia  
 tam ipsum quàm illius correptiones odisti, tibi ex parte  
 Dei annunciandum habeo, quòd sis mortuus: Qui odit in-  
excusationes, morietur.

\* Prov. 15.

360.

Tres hominum Species in suis morbis multum diver-  
 sam agendi rationem tenent. Sunt, qui jam à primis  
 fabricis accessibus Statim Medicum vocant in auxilium:  
 o quanta ipsis sapientia et provisio! Tales sunt peccato-  
 res illi, qui jam à primis peccati mortalis impulsibus ad pedes  
 Confessorii obvolvuntur, et ab eo illius absolutionem pos-  
 tulant. Sunt, qui oppressi et vix respirare valentes in  
 lectum se recipiunt, et in extremis positi remedium qua-  
 erunt, quo sanentur: o quàm imprudentes sunt, et in quan-  
 tum discrimen adducuntur! Tales sunt ii, qui in mortali in-  
 dolentia viventes, de mense in mensem, de anno in annum  
 suam conversionem differunt. Sed dantur, quibus cere-  
 brum vertit, et jam jam morti proximi Medicum suum ex-  
 pectant, necnon injuriis afficiunt, omnesque, quas ipsi pre-  
 scribit potiones affundunt: o quàm deplorandus est illorum  
 Status, et quàm funesta ipsis erit sua phrenesis! Talis est  
 vester Status, vos dura cervices et incurvata corda, vos,  
 inquam, qui fronta prostibuli omnes, quæ vobis fiunt, cor-  
 reptiones videtis, qui tanquam hypocritas et pietatis simu-  
 latores vos accipitis, qui infinita magis malis vestris com-  
 moti, quàm vos ipsimet, eis remedium afferre cupiunt.  
 Talis est vester Status vos Religionis contemtores, qui libri-  
 dinum vestrarum socios, qui vobis adulantur, cum salu-  
 tatione auscultantes, fideles amicos et Beneficos Medicos  
 illos, qui vos sanare unicè allaborant, expeditis et odistis:  
Qui odit inexcusationes, morietur.

Nam quo tunc animo et corda affecti estis? nulla alia in  
 vobis nisi reprobationis signa video. Terribilis animi  
 excruciatio: vel vos innocuos arbitramini, quamvis vix  
 sitis noxi, vel ut ut noxi sitis, vobis imaginamini, nemi-  
 nam jus habere vos corrigendi. Magros, exempli gratia,  
 humtus diligitis, et quovunque demum pretio vobis ipsis salu-



suava vultis: Statim consuetudo vestra aliquandiu cum cupiditate vestra dimicavit, Coniuratorum vobis indicaverunt, hunc voluptatum immodicorumque sumtum amorem esse mortalem. Sed tandem vicit cupiditas; Benefici vobis ex opposito dixerunt, has choreas, haec convivia, monstruosam hanc intemperantiam vobis aeternam damnationem afferre, eos resistis, et toties vobismet ipsis dixistis, quod nihil mali agatis, aut quod nemo jus habeat vos corrigendi, quod vos innocuos et iraprehensibiles esse credidistis: Quanta coecitas!

Viros quasivistis, qui vobis in peccato vestro adularerentur, et invenistis; illos devitastis, qui vobis veritatem dicebant, hi etiam a vobis recesserunt. Voluptuosissimi et inemendabiles ad lusum et libidinem propensi estis, cum aliis Societatem inibitis, qui magis adhuc his vitiis vos implicabunt, et una peribitis aeternum peribitis. Inconstantes at vana puella, quae naturaliter amoribus dedita estis, illos odistis, qui vobis dicunt, quod huiusmodi commercia sint prohibita, vos Socia cujurdam amatoris blandimentis seduci permittatis, quae in effrenatam vivendi licentiam vos conjiciet: Adhuc semel quanta mentis coecitas!

Major adhuc inest cordi vestro corruptio: in hominum corda magnam detego malignitatis copiam. In aliquibus est cor vanum, in aliis cor impurum; in his cor sordidum et propriis commodis deditum; in istis cor dolorem et simulatum. Porro eadem est cordis affectionum ac naturalis sensuum in sua objecta propensionis ratio. Oculi diligunt praeclara Spectacula, aures suaves harmonias, odoratus gratos odores. Oculis istis Spectacula lugubria et horrida exhibita, has aures injuriis et contumeliosis opprobriis ferita, huic odoratus cadavera corrupta et infecta admovata, tum ipsos offenditis.

Cor humanum adhuc magis flagitiosè delicatum ac quam sensus isti. Vanitatem, voluptatem, impuritatem, avaritiam, solum amas, et insuper adulationem et obsequentiam: id est, ut cum S. Augustino me explicem, at tua peccata, ac eos, qui te in his peccatis tolerant; veritatem, quae laesat, diligis, veritatem, quae te corrigit odisti: modo hanc incommodam veritatem à te avertis, nec eam videas, modo eam debilitas, et ut, cum Spiritu Sancto loquar, eam minus, quò eam non nisi media sui par-



ta videas, et cum impedire haud possis, ne eam videas, illos odisti, qui eam tuis oculis exponunt. Sunt tuo iudicio importuni censores, inconsiderati Samueles et Elia, sunt prophetae, qui non nisi infortunia praediciunt, eos obisti: Odi eum; propheta enim mihi semper mala.

362

Tandem Deus absolvit, quod inemendabiles peccatores inceperunt. Corruptioni effectum suum naturallem auferunt, mentem et cor suum depravant: Quid aliud superest, quam ut eadem ratione, qua ipsi seum ipsis agunt, etiam cum ipsis agatur, ut in eo, quo ceperunt esse, statu permaneant, et ut, postquam à suis animabus misericordia Dei germen evulserunt, Deus de illorum indolentia<sup>se</sup> vindicat, in ipsis non nisi germen indignitatis et furoris relinquit? Id per ea, quae Richardus à S. Victore ingeniosè hæc adnotat explicat.

Infinita Dei misericordia, quae non mortam sed conversionem peccatorum vult, ipsis interdum magna ad illam suppeditat media, sive per occultas inspirationes, sive per potentes exhortationes, sive per internas gratias. Interdum quod Nabuchodonosor in somno vidit, in ipsis completur. Interdum velut proceræ arbores in magna peccata labuntur, rami, flores, folia, fructus, omnia sunt excisa: Succidite arborem, et praecidite ramos ejus, excutite folia ejus, et dispergite fructus ejus.

Hi peccatores olim ad sua munera intenti, nunc non amplius de iis cogitant. Olim dociles ad inspirationes caelestes, modo iis obstant; olim fideles legis observatores, modo illam violant; olim bonis operibus fecundi, modo mala faciunt. Oportetne propterea credere, eos esse à Deo omninò devalutos? Minimè, inquit Richardus à S. Victore,

\* p. i. l. 2. De corruptione interioris hominis c. 23. et 24.

Si arbores istae cadunt, resurgere possunt; si hi rami sunt praecisi, novos huculos proficere possunt; si haec folia sunt excussa, et hi fructus insipidi, nondum locus est desperandi; quare? quia in Deo est germen et perfugium misericordiae, quia voluit, ut gemini et radices hujus arboris parceretur. Varum tamen germen radicem ejus in terra sinit.

Tandem veniet felix tempus illud, quo beneficus vir quidam dicet huic peccatori: Quid cogitas frater mi, quòd sic vivas? Tua conscientia nihil amplius tibi loquitur,



exhortationes Concionatorum tenon amplius movent, maxi-  
mas Christianismi vanitates cum gelida indifferentia auscul-  
tas: Quid agere intendis? Scandala tua ubique conumpunt,  
blasphemias et nomen Dei blasphemari facis: Tandem ad te  
ipsum redi et convertere.

Tale est hoc germen, talis est haec radix, quam Deus in  
terra sinit; at quando nec germen nec radix amplius adunt,  
id est, prout explicat Richardus à S. Victore\*, quando peccator  
adversus correctiones, quae ipsi fiunt, animum suum obfir-  
mat, quando petra durior non vult reverti, ut viam bonam  
quam deseruit, denuò arripiat; quando Pharaoni similis  
per habituales oblationem videt admonitiones, quas  
ipsi Aaron et Moyses faciunt: Quid simile est, quod sal-  
vetur? An pro illo, omni Deus, nova conversionis media  
suscipias? Equidem id agere posses, sed magis specificum et  
conveniens est, ut ad consilia, quae ipsi dantur, magnam  
praeferat docilitatem, correctiones, quae ipsi fiunt,  
in bonum usum convertat. Et hoc est magnum malum suo  
remedium, et gratia, quam ab infinita misericordia  
tua postera debet.

\* loc. cit.

Induraverunt  
facies suas supra  
petram, et no-  
luerunt reverti.

Hanc olim in favore precum suarum postulabat  
Sapient\*: "Quis superponet, agebat, in cogitatione mea fla-  
gella, et in corde meo doctrinam sapientiae, quibus con-  
siliis Domine pater et Dominator vita mea, fac, ut mi-  
hi non peccent, dissimulando peccata mea, ne ineres-  
cant ignorantia mea, et multiplicentur delicta mea,  
et cadam in conspectu eorum, qui oderunt me, et insidias  
eorum pateam.

Barz 2.  
364.  
Euli 23.

Si horum verborum sensum probe aspexeris F. M.  
antiqua videbitis ex una parte, quam omnino peccatori-  
bus censor beneficus sit necessarius, qui ipsis deviationem  
suam ob oculos ponat, ipsos officii sui admonseat, atque ut  
ad rectam semitam redeant, adhortatur: Sed et ex altera  
cognoscetis, quantum horum peccatorum intersit, ut bonis,  
quae ipsi dantur, consiliis sent manus, ut se poenis, quae ipsi  
imponuntur, submittant, atque minus velut amicos res-  
piciant eos, qui per turpes adulationes eos osculantur, quam  
illos, qui sapientibus correctionibus eos faciunt.

Quam monstruosa peccatorum congeries, quando ea  
peccatori occultantur, aut ipse sibi ea occultat? Inde vasa  
sed flagitiosa perversitatum suarum ignorantia, cum



eadem coecitas, quae peccati ipsius causa est, sapè etiam illius affectus sit et supplicium. Inde mille pravitates, quae suâ impunitate augentur, pravitates, quae cassare possunt, si nobis prudens et consulta audacia esset eos, qui in illas labuntur, admonendi. Inde tot publica scandala, quae cum minori patientia resceremus, si majorem charitatem et fervorem haberemus, et si etiam invenirentur mentes dociles, res ad severas sed utiles correptiones sapientia illius, quae ferit et erudit, vulnerat simul et sanat.

Ex alia parte, quam gratus virtutum concursus, quando ex iratimo corde à Deo patulamur virgam, quae nos corripit, et sapientem monitorem, qui peccata, quae ignoramus, et ignorare volumus, detegat! Haec ratione vias poenitentiae ingredimur, et quia beneficis censor ex alterius peccatis materia fervoris sui facit, qui circa vitam proximi sui, si haec bene ordinata esset, non occuparetur.

Ita etiam vir, qui ex intimo animi sui sensu alterius correptiones suscipit, sua submissione satisfactionem edit, quae interdum Deo non minus placet, quam charitas illius, qui eum corripit. Laudo, inquit S. Chrysostomus, Nathan, quod Davidi peccatum suum ob oculos posuerit, sed admiror Davidem disutam ad Nathan: verum est, peccari, inde à Deo veniam precor.

365.

Quod si eadem animi sentia habere cupitis, oportet, ut ad reprehensiones, quae vobis fiunt, mansuetudinem, humilitatem, adhaeremus etiam cum laudato S. Patre, gratitudinem offeratis. Amicus est, qui vos monet, ipsius admonitiones cum multa patientia et mansuetudine suscipite. Iudex est, qui vos condemnat, ipsius sententiae cum humilitate vos subijcite. Medicus est, qui vos sanare vult, pro sanatione ejus media vobis praebet, gratitudinem rapendite.

Patientia et mansuetudo prima animi dispositio necessaria homini, qui ob sua peccata corripitur. Tyro-

\* Lib. Jacovo. "nes milites, inquit Seneca\*, "leviter saevii vociferantur, latione c. 3. "manus Medicorum et ferrum horrant; at veterani quamvis confossi, patienter ac sine gemitu velut aliena corpora emoriari sua hestinant. Semi Christiani si vel hoc nomine digni sunt: adversus beneficas, quae ipsis fiunt, admonitiones commoventur. Quanta impatientia quantus furor! quanta murmura et imprecationes!"



Sed qui in proeliis Domini exercitati ab eo mitis et humiles esse didicerunt, id hac occasione manifestant: Corripe Stultum, et te odio prosequatur, inquit Spiritus Sanctus, corripa sapientem, et te diliget. In id est Sapiencia, quae iuxta S. Jacobo velut Sapientia terrestris, animalis, diabolica reputatur, vera Stultitia est. In isto est Sapiencia christiana, quam prudiam, pacificam, modestam, tractabilem, proborum amicam ipsaque consentientem appellat: Prudica, pacifica, modesta, suavis, bonis consentiens.

Sapientia prudica quae coccineo quodam velo vultum cooperit, sub quo pudor, qui ei ruborem offundit, se occultare videtur, prudica. Sapientia pacifica, quae facit, ut <sup>quis</sup> in spiritu pacis verba alios acria et arrogancia suscipiat, pacifica. Sapientia modesta, quia quis cum religiose Docilitate aliorum monitis se subijcit, modesta. Sapientia tractabilis seu suavis, quae quis rationem et consentiam suam audit, et ubi male se egisse cognovit, facile se persuaderi sinit, suavis. Sapientia bonis consentiens seu bonorum amica, quae quis, quamprimum hi ostendunt, quid sibi agendum sit, statim illud amplectitur nam consentit ei, bonis consentiens.

Et tamen animo nunquam vere affecti sumus, nisi sincere simus humiles: secunda conditio necessaria ad aliorum correptiones in bonam partem suscipiendas et in probum usum convertendas. Inaudita cordis humani vafrities! Generatim fatemur nos esse magnos peccatores, imò sepe sine ulla hesitatione de nobis ipsis male loquimur; sed cum hac affectata et simulata humilitate ferre haud valeamus, ut alii de nobis male dicant. Tanquam injuriam intuemur id, quod velut charitatis effusionem quamdam considerare deberemus. Cum ardore pro alicujus adhortationis, ac si insignis injuria foret, vindictam prosequimur, cum potius velut aequi iudicis secreto nos ei submittere deberemus.

Quia peccatum admisimus, pudoris, quo illud nos afficit; impatientes sumus, cum potius erubescere nobisque illud exprobrare deberemus, si id, de quo aemulamur, nihil flagitiosum contineret, his correptionibus aequè parum moveremur, ac si eundem extraneos fierent:



Sed quin vni esse desinamus, non nisi cum superba indignatione pudorem, quem vni nocentes merentur, perferimus.

Quam monstruosa peccatorum complexio! Peccatum facisse id, quod fieri non debebat; peccatum velle videri alium, quam quis se ipse sit; peccatum infirmitatis aut malitiae legem Dei violasse; peccatum vanitatis aut impudentiae, velle frui gloria, quae non nisi iis debetur, qui ab hac lege nunquam recedunt; peccatum flagitia admittisse; peccatum justam illorum poenam sustinere non posse; peccatum animam foeda deformasse, atque, prout S. Scriptura loquitur, carbonibus nigriorem effecisse; peccatum speculum confringere, et adversus laminam crystallinam irritari, quae deformitatis et turpitudinis, quam quis contraxit, lineamenta fideliter exhibeat. Cum vobis ipsis convenit superbi animi: aut desinita esse quod estis, dissoluti, scandalosi, Religionis contumaces; aut iniuncta fieri quod non estis, patientes, mansueti, humiles, ad obsequium, acceptorum beneficiorum memores.

367.

Ne enim dicatis, inimicos vestros eos esse, qui vos reprehendunt: sive sint inimici, sive non, respondet S. Chrysostomus, in vos omnia veri amici officia conferunt. Inimici namque, Deus ipsorum ministerio utitur, ut vitam gratiae, quam amiseratis, vobis reddat, vita quae, cum infinite praestantior sit, quam vita naturae, ex parte vestri ad minimum tantam gratitudinem erga eos, quorum beneficium ministerium vobis profuisse potest, exigit, quantum erga hominem habeatis, qui vos à periculo, in quo jam jam perituri eratis, eripisset.

Si vir, quem odisti, ceptens te graviter laediatur, vulneribus tuis apta <sup>remedia</sup> ad ea sananda admovent, an ipsum injuriis afficeres, et an mori mallet, quam ut vulnera tua ab ipso curarentur? à contrario ei gratitudinis et amicitiae signa exhiberes, inter te et ipsum simulationem intercessisse doleres, plurimumque te ei debere testificaberis. Porro an minus chara tibi debet esse anima tua, quam corporis, vita?

Quid ergo agis, quando tibi datae monita in malam partem accipis, et cum iis, qui te objurgant, grates responde-



re Jabaras, eos cum indignatione et contemptu accipis?  
 Agis, quod furibundus, qui, amisso rationis usu, in quibus  
 velicat et mordet manum Medici illum curantis, inquit  
 S. Chrysostomus\*. Mori similis es, quod aquarum, quas acci-  
 pit, Dulcedinem vertit in amaritudinem, vel Re habo,  
 qui cum Eliam, velut amicum fidelem, qui si peccatum  
 suum exponeret, intueri omnino debisset, velut ini-  
 micum habuit: Num invenisti me inimicum tibi?

\* Tom. 5. lib.  
 cont. gent.

\* 3. Reg.  
 368.

Tanquam periculoso inimico diffida illi, qui tibi  
 adulatur; at contra si velut bono amico grates repende,  
 qui te corrigit. Si te in peccato tuo relinqueret, tunc ideo,  
 quia te non diligit; et si charitati ipsius obstitit, tunc  
 ideo, quia ipsum non amat. Quia sua religionis princi-  
 piis Inuitur, ideo vult potius desinere esse amicus pec-  
 catoris, quam amici peccatum tolerare; et ex eodem  
 religionis principio ipsius animi affectis, qua amicitia  
 tua potius vult rennunciare, quam te tranquilla percun-  
 tem conare, te ad te ipsum reducere debet, ut munus tu-  
 um expleas, prout fideliter suum acquiritur. Suis bonis  
 monitis minime suspecta charitatis christiana testimonia  
 tibi exhibet: tu docilitate, cum qua illa accipis, quan-  
 ti ea facias, eidem significa; hoc illi Jabas, et hanc grati-  
 tudinem à te erigit.

Qui excoriari cupiunt, excorcentur, mi chare Auditor:

369.

Tu vero aperi oculos veritati, et ipsemet esto tuus judex.  
 Si tibi quadam Invenendi ratio est, tunc tibi ipsi succensas.  
 Post ea, que perpetrasti tu solus tuam meroris indigna-  
 tionem. Si ubi de honore agitur, adeo delicatus es, ve-  
 ramidia, que peccatum comitatur, ab eo perpetrando  
 te impedire deberet. Sed quid multa, peccatum est ad-  
 missum, de illo emendando agitur, faveo occasio, audi  
 Nathan: Si Deus nondum tibi dicit, peccatum tuum esse  
vanifrum, tua mansuetudo, tua humilitas, tua grati-  
 tudo misericordiam ipsius ad illud tibi remittendum im-  
 pallent.

370.

Est meus inferior, ais; nihil refert. Si Domesticus  
 tuus cernens te cum fluctibus dimicantem tibi jam jam  
 paranti manum pomigeret, ut te periculo hoc liberaret, pro-  
 cul ut temeritatis illum argueras, quin potius fidelita-  
 tem et ardens erga te Studium illius laudares; at quamvis



inter te et ipsum majus adhuc dignitatis discrimen inter-  
cederet, quam inter S. Petrum et S. Paulum intercesserit,  
non agere ~~non agere~~ ferres, si te reprehenderet.

\* In Epitaphio  
Paulae

Sed nihil mali me agere arbitrabar; sit: Sancta  
Paula illustis Romana Matrona illa, de qua S. Hierony-  
mus loquitur\*, nec etiam quidquam mali se agere putavit,  
quando relicto propter adulterium marito suo, et adhuc vi-  
vente alteri nupsit. Nihilominus illi, qui ipsam peccati  
sui admonuit, eam docilitatem et gratitudinem exhi-  
bit, quam ego à exigere non ausim. Super durissimam  
humum Stratis cilicis quiescebat, noctes in orationibus  
transigens, et lacrymis lectum doloris sui irrigans. Jeuniis  
suis faciem, quam olim contra Dei praeceptum purpuris,  
et cerussa, et stibio depinxerat, turpavit. Voluit, ut molli-  
bus linteaminibus et pretiosissimis Soricis ciliciorum aspi-  
peritas succederet. Quia olim marito et mundo placuerat, fir-  
mum cepit propositum non nisi Jesu Christo Deinceps placen-  
di, et peccatum, quod ipsi exprobratum fuerat, hujusmodi sa-  
tisfactionibus expiandi.

Similia poenitentiae signa pro iis peccatis, de quibus  
corripimini, Saulo hoc adeò ramisso à vobis non exigo:  
Sed patientiae, mansuetudinis, humilitatis, et gratitudi-  
nis spiritum à vobis postulo erga eos, quibus charitas est vos  
à vitis vestris dehortandi. Tam praeclara animi affectio-  
nes vos Deo gratos efficiant; et egregia monita, quae vobis  
data fuerint, in bonum usum convertentes, coronam neci-  
tetis eorum, qui vos Jesu Christo lucrati fuerint, et ipse  
Jesús Christus in beata aeternitate vestra corona erit.

### Documenta Moralia.

Sensa Patrum, Theologorum et Conio-  
natorum circa correptionem fraternam  
obligationem eam faciendi et recipi-  
endi.

#### I.

Dantur correptiones praeperae, tamesaria,  
molles et languida. Praecipitatio vult promoveri  
supplicium peccati, at hic patientia requiritur. Tame-  
ntas inconsulte peccatum adortur, hic iudicio et aequi-  
tate intendendum. Molities et languor peccato adulan-



tur et indulgent. hinc animi fortitudine et severitate  
opus.

Fictus levorum illo<sup>rum</sup> zelus, qui à Patrafamilias quaerunt, num valeat, ut irant evellere Zizania ex agro suo, est zelus proprioris unde etiam herus illorum eos cohibet, et ait, ut expectent. Duo discipuli Samaritanorum inurbanitate offensi, postulavit à Jem Christo potestatem in eos ignem de coelo immitandi: Sed hinc patientia et misericordia Deus ipsis respondet, quod neciant, quo spiritu avimantur, nasitis cujus spiritus hinc.

Samaritas interdum correptiones, quas facere quis vult, etiam injustas efficit. Balaam asina, cui insidet irasitur, eamque percutit; Sed Angelus Domini eum monet, ut potius se ipsum corripiat, quam ut animal istud accideri acriat. Judas precipit, ut Thamar morte afficiatur, atque producta in publicum viva comburatur, eo quod fornicata fuisset: at postquam per anulum, armillam et baculum, quos illa ad eum miserat, cognovit, se ipsum esse, qui eum ea peccaverat, exclamavit: ipsa justior me est, id ipsa non alia ratione egit, quam quia eam non tradidi filio meo in uxorem.\*

\* Genes. 38.

Nimia mollities et ignava indulgentia omnes correptionis fructus impedit. Magnus Sacerdos Heli non poterat ferre peccatum, minus adhuc in filiis suis pati debuit, in quos sibi jus à natura concessum erat. Unde etiam interbum illos corripuit; sed animi fortitudine et severitate destitutus eos seque ipsum cum illis perdidit.

## II.

Corruptio utilis, cum auctoritate et prudentia fieri debet. Est unquam, si sine auctoritate fiat; inutilis evadit, si sine prudentia fiat. Haec auctoritas à quatuor fontibus provenire potest, à natalibus, à conditione, ab amicitia, à virtute.

372.

Natales eam Regibus et Principibus tribuunt, sive bene sive male vivant jus habent corrigendi suos subditos, atque puniendi. Condicio hanc auctoritatem tribuit Judicibus, Magistratibus, patribus et matribus, Dominis et Dominabus, Superioribus laicis et Ecclesiasticis. Amicitia eandem amicus tribuit, ipsis, ut corda sua effundant, permittit et nullus melior



amicus est, quam qui pati non potest, ut alter ipsum sit perditis moribus.

Virtus hanc auctoritatem probis tribuit, saepe juxta S. Augustinum val firmior est, vel efficacior. Nam quia correptio fraternitatis est quadam judicii species, quod quis exeret in suos fratres, eos monendo, condemnando, puniendo, oportet, ut in eos auctoritatem habeat. Et sapientia ab innocentia et vitae integritate hanc dominatio pendet. In hujus S. Patris principiis, si homo sua originis innocentiam conservasset, nec egestas, nec subjectionis fuisset; peccatum prima mancipia et primos heros facit: unde sicut illa se cum humilitate submittere, ita hi cum justitia imperare debent, eorumque imperium nunquam melius firmatum est, quam cum pro fundamento justitiam habeat.

\* 1 Reg. 12.

Samuel tanquam iudex in Israël à Deschiper universum populum constitutus, poterat uti sua auctoritate ad reprehendum et puniendum peccatum, quod sibi iam dominabatur; sed ut coruptiones, quas peccatoribus facturus erat, totum hunc affectum sortirentur, eos accessit hisque allocutus est: Reprehendistis me quidpiam in me, quod reprehensione dignum sit? estne aliquis inter vos, quem violenter oppresserim, cuius facultates abstulerim, vel ab ipso munera acceperim? audacter loquimini; nam ecce paratus sum ad reddendam totius vitae meae rationem. At cum omnes ei responderent, se nihil habere, quod ei exprobrarent; idem se vobis testimonium reddere non valeo, respondit ille; Num ergo stete, ut iudicio vobisum contendam coram Domino, et postquam ipsius misericordis ejus abusi estis, nunquam ipsum per sinceram poenitentiam placare satagite.

Admiranda agendi ratio, inquit S. Gregorius, antequam populum reprehendat, id prius agit, ut se ipsum purget, atque innocentiae suae testes esse jubet etiamnum eos, quos gubernavit, cum ita idoneum sit, quo vitium mutuum, censor observantia signus, et correptio utilis officiat, quam sancta et irreprensibilis vita. Quis enim quis cum fructu damnat in aliis, quod sibi ipsi permittit et indulget? Ipsorum avari-



tiam, si avarus est; Subitaneos ipsorum impetus, si furibundus; ipsorum sapientiam, si fraudulentus; ipsorum obtentiones, si maledicus et cavillator? an non merito tali dicent: Medica cura est ignis.

## III.

373.

Prudentia non minus necessaria est in corruptionibus, quae fiunt: Necessaria ad discernendum malum à bono, reos ab innocentibus: Necessaria, ut quis se ipsum consulat, vitiaque sua emendat, antequam in alios consuram ferat: Necessaria, ut qui corrigit amaritudinem mansuetudine temperet, et sapienti Severitate nimis modicam indulgentiam reprimat.

## IV.

374.

Deus qui omnia novit et videt, nihilominus ad Abraham dicit, se descensurum et visurum. Ab impiis quibusdam offensus praecipit, ut principes populi congregentur, quò in cognoscantur, de quibus vindicari vult; et priusquam puniatur fortium privati cujusdam, qui regulam auream et pabium corvineum subduxerat, jubet sortem mitti non modo super Tribus, sed etiam super familias et personas. Grave Documentum iis, qui proximum suum reprehendunt: ipsis magnà prudentiâ et judicii maturitate opus, ut veros fontes agnosere valeant.

## V.

375.

Ubi mulier in adulterio deprehensa ad Jesum Christum adducta fuit, Iesus ipse egit; inclinavit se, ut digito suo quosdam litteras in pulvere exararet. Accusatores illius ad se vocavit, eisque dixit\*: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat, ut inde nobis ostenderit? Quòd priusquam ullum de proximo nostro judicium feramus, sunt verba S. Cyrilli Alexandri- ni\*) ad veritatis investigationem animum nostrum quodammodo inclinare debeamus, et distinctionis digito singula ad rem presentem attentè discurrere; nec alioquin rectè judicare possimus, si praetermissâ indagatione veritatis proximum in judicio aut absolvimus, aut damnamus. 2º. Ut nos moneret, quòd ante omnia Regi nostri Severitatem in nos ipsos convertere debeamus, et examinare, in quo noxii sumus, necnon in eo nos emendare. Qui sine peccato est primus in eam

\* Joan. 8. v. 7.

\* lib. 5. in Joan. c. 16.



Capitulum mittat. "Hae justitiae vox est, si ipsa loquitur, inquit S. Augustinus; in hoc privato iudicio, quod contra primum, quando corripitur, pronunciari solet. Oportet, ut mulier peccatrix puniatur, sed non à peccatoribus: Oportet, ut lex impleatur, sed non à pravariatoribus legis. Unde idem S. Cyrillus\* animadvertit, non Iacobi, qui affirmant

\* loc. cit.

"Iesum Christum hae inclinationis notas quandam tava in-

"scripsisse, quibus quisque amentium sua coram oculis

"inspiciebat peccata, et menti objecta cornebat; unde

"rubore suffusi, et pudore affecti facile cognoscebant, se

"non peccati immunem vitam agere, nec quidquam ampli-

"us dicere ausi vacassent.

## VI.

376.

In purificatione leprosum, Deus praecipiebat, ut sacerdos, qui pro ipsis victimas offerabat, aliquot sanguinis earum guttas humerat, necnon Dentere auri ipsorum immittaret cum oleo, quo ipsos illinere debebat. Mandatum quod insolens nobis videretur, nisi magnum contineret mysterium.

Lepra per totum leprosi corpus diffunditur, eam habet supra pectus, brachia, humeros; et tamen sola auri ipsius tangitur, quare? quia, inquit Iohannes quidam Interpres, leprosus ista est peccator, qui sanari non potest nisi reprehensionibus, quae ipsi fiunt, aures praebet; ab his ipsius sanatio sumit initium, oportet, ut correptiones, quae ipsi fiunt, amanter audiat: correptiones, quibus oleum simul et sanguis miscentur; oleum, per tenera et suavia compellatur verba, ne nimis magna severitate deturatur; sanguis per aspera et amara verba, quae ob varias animi ipsius affectiones nonnunquam miscere opportunum est. Si, de quibus loquitur Ieremias, qui cum sanare debuissent populum illum onerabant injuriis, non nisi sanguinem adhibebant; at contra ii, de quibus apud Ezechialem dicitur, quod cubitis et capitibus peccatorum pulvinaria submitterant, non nisi oleum adhibebant. Censuras nimirum severi, nullum affectum producat; Ministri nimirum suaves et indulgentes, nec etiam ullum proferatis.

\* Vid. Labat.  
Theorem. p. 555.  
556.

Oleum et sanguinem sumit, necnon Dentere horum leprosum auri utrumque admoveat, si vos audi-



verint, tum sanati erunt, vel saltem gravi sanabuntur, sed si vos audiant, siue non, saltem ministerio vestro funti eritis. Herodes non nisi oleum desiderabat, S. Joannem Baptistam libenter audiebat, quando non nisi de peccatis alienis loquebatur; at quamprimum ipsi dixit, hinc tum ei non esse habere uxorem fratris sui, ipsius at Herodias indignationem incurrit. Pharisei non nisi oleum volebant. Jesus Christus eis videbatur homo extraordinarius et à Deo missus, quando veritates predicabat, quae ipsos non tangebant; sed statim ac ipsis hypocrisis, avaritiam at superbiam eorum cepit exprobrare, tum in id totis viribus incubare, ut scilicet morti sui tradarent.

## VII.

377.

Rari admodum sunt ii, qui satis bonis qualitatibus sint praediti ad faciendas utiles correptiones; sed variores adhuc sunt illi, quibus satis docilitatis et virtutis sit ut ex correptionibus, quas ab aliis accipiunt, proficiant. Dantur, qui ita sunt officiosi, ut omnia, quae conuincunt, approbare videantur, et valent nihil mali unquam ipsis occurreret, silent, ac hoc silentio plerumque nemini possunt. Dantur à contrario, quorum zelus ita morosus et vehemens est, ut omnia, quae vident, reprehendant. Bili quaedam usque supra palatum ipsorum diffusa omnia in amaritudinem conuertit, minus satagentes eorum, quos corrigiunt, mores emendare, quam propriis cupiditatibus satisfacere. An ergo coequum medium, quod tenere debent, seruare nunquam dicant, nampe ut nec nimis seruari, nec nimis indiligentes sint? Sed similes Jesu Christo, qui simul virga et flos nuncupatur; Virga, ne mali remaneant impuniti; flos, ut justos gaudio afficiat, usque, qui poenitentiae signa edere videntur, spem aliquam tribuat; Virga et flos necessarii, ut se ipsum severitatem inter et mansuetudinem partiatur.

## VIII.

Difficultas in bonam partem accipiendi aliorum correptiones major adhuc est. Gloria, quam pro peccatum nostrum coram oculis Dei amisimus, amuli, illius exteriora in oculis hominum conservare volumus. Dicimus sicut Saül ad Iannusem: Saltem coram populi Senioribus debitum mihi honorem exhibe. Et quia

Honora me coram Senioribus populi.



Superbi ac primus Adam, cujus vitia ad nos unacum natura  
pertransierunt, ignominiosam nuditatem nostram ocultare  
conamur, arboris foliis, quae non amplius pro nobis  
est arbor vitae, nos ornare contenti. Ex hoc principio  
omnia, quae ad exhibendum nobis peccatum nostrum nobis  
dicuntur, nos excusperant, et saepe aspidibus similes his  
spiritualibus incantatoribus, qui nobis non nisi verba  
veritatis et vitae. *Favunt, nihil propter venenum rependi-*  
*mus.*

## IX.

379.

Vae mihi, quia taceo, ajebat quidam propheta, sed a  
fortiori ratione hoc ipsum dicere deberent ii, qui, cum  
auctoritate polleant, vitium tamen tolerant, nec re-  
prehendunt. Omisam canem, qui non latrat, ubi lupus  
ovile subit! O inquam patrem, qui filio suo dicere non  
audet, male agis, et nisi vitam mutes, te, prout moraris, pu-  
niam! O inquam Magistratum et Pastorem, qui cum  
indolentia publicas comens confusiones, iis, quae possunt, re-  
media non affert! Si Chirurgus agrotum tangere non  
audet, quis illum sanabit? Si in castro tempestatis Na-  
varchus, quae agenda sint, non praecipiat, quis navem  
salvam praestabit? Si pater familias Gigania ex suo agro  
non evellat, aut evelli curet, quis ea evellat? Imperitus est

Vid. Albrigi Conc.  
18. in for. 3. Dom.  
2. in abrag.

\* lib. de lapsis

"Medicus si inquit S. Cyprianus\*, "qui tumentes vulnarum  
"sinus manu parante contractat, et in altis recessibus vis-  
"cerum vulnus inclusum dum serrat, exaggerat. Apertum  
"vulnus est, et facandum, et putredinibus amputatis..... Vocis  
"facetur et clamat licet, et conquisitur aeger impatiens  
"per dolorem, gratias agit postmodum, cum senserit sani-  
"tatem.

## X.

380.

Olenumque accidit, ut ex inconsiderato vel maligno  
Zelo, in vitia praetensa aut levia omnem nostram indi-  
gnationem convertamus, dum scandalosa flagitia tran-  
quillè toleramus. Tempore Danielis magna erant in  
Babylone emendanda scandala, qui iis corrigendis propo-  
siti erant, neglecto hoc suo munere, quod tamen fide-  
liter implere tenebantur, in iduniis incubare, ut vi-  
delicet hujus Hebraei vitae rationem, quae ipsis suscipienda

Viri illi minoribus erat, examinerant, et ubi illum invenerunt orantem et  
inquirentes inve-obsecrantem Deum suum, inauditum velut laesa Ma-



justitiam usum apud Regem accusarunt. O malignum Ze-  
lum! O crudelium justitiam! Annon tunc vigebant apud No-  
torios instrumentorum adulterationes, apud Optimatos  
iniquae exactiones, apud mercatores Joli, in familiis fomi-  
cationes et adulteria, in publicarum pauperum coactione  
facta, quae corrigarentur.

XI.

Majorem fructum refert suavis et tranquilla correptio,  
quam turbulenta et praecipitata accusatio. Illa pudorem in-  
vitit peccatori, haec eum movet ad indignationem. Illa  
ipsi salutarem peccati sui verecundiam inspirat, haec illum  
invenit in eum, qui ipsi idem exprobrat. Corripe fratrem  
tuum in privato, et eum peccati mansuetè admons, ut  
de illo tibi ob oculos posito se emendat, de quo, ne illum  
publicè confunderes, vereretur. Melius quippe est,  
ut ex hac praecautio, quam circa ipsum adhibes, tu  
suum credat amicum, quam inimicum. Major illi pro-  
pensio ad sequenda vini beneficii consilia, quae ipsi clam-  
dat, quam virtus ad propiciendum ex reprehensionibus  
censoris amari, turbulentij et immoderati. Ita S. Ambro-  
sius ad c. 17. Lucae apud Sylviorum, p. 220.

XII.

Quando proximum tuum coram testibus pudore  
suffundis, major est tibi imprudentia peccatum ipsius  
manifestando, quam charitas illud castigando. Ipsum  
corripe, id nemo velat, sed parce ipsius pudori; fortè,  
ne ambescere cogatur, dicit se falso accusari, et sic  
dum reddere meliorem satagis, facis pejorem: saltem  
non tantum tibi debabit, quantum daberat, si fama  
illius peperisses..... Obliviscere injuriam, quam tibi in-  
tulit, sed ne obliviscaris ignominiam, qua Deum affe-  
cit, nec malum, quod sibi ipsi fecit. Ita S. Aug. Serm. 160.

Ipsium accide, quoniam à peccato suo impeditur,  
quominus ad te veniat. Si expectare vis donec te qua-  
erat, sine auxilio illum mori sinas, inquit Theodoratus.  
Cecus cum sit, peccatum suum non cognoscit; cupidi-  
tatis suae vino inebriatus, cum furore ad extrema qua-  
que abripitur. Barablitius sine ulla motu est; oculis  
apertis non videt; vivens et agens sine corde est. Tu  
um est, illi faciem praebere, tamen est, illum, quantum  
vales, ad sanum sensum reducere.

venit Danielem  
stantem et ob-  
servantem De-  
um suum. Dan.  
6.  
Albigi. conc. 25.

\* lib. de curand.  
affect.  
D. Chrysost. Hom.  
49. in i. ad Cor. et  
Hom. de ferendis  
reprehens. apud  
Lumen 3. hom. 20.



Majus ipsi proestablis obsequium, quam Jethro Moy-  
 si, et Abigail Nabal praestiterint. Ut ut pariter et perpi-  
 cax fuerit Moyses, tamen Sorori sui consilio indignit in pub-  
 blica quadam seditione, qua ita consternatus fuerat, ut  
 quid esset agendum, vix sciret. At vero quod magno huic  
 viro accidit, id modo citra comparationem longe magis tra-  
 gico innumero peccatoribus, qui, cum rationem vix non  
 amiserint, tua charitate indigent. Nabal ebrius quid agat,  
 nescit; rustica et inurbana ipsius indoles illi vita ste-  
 tisset, nisi uxor ejus Davidi obriam praesesset eidem ma-  
 riti sui ingratitude et stultitiam expositura.

## XIII.

383.

\* Ep. ips. ad Da-  
 mas. et in c. 6.  
 Isai. et lib. 2.  
 advers. Pelag.

\* Jerem. c. 48

\* Ep. ad Bonifac.

\* 1. Reg. 21.

Quid impurum super labia Isaias erat, ut à Seraphino  
 mundarentur? Quia, respondet S. Hieronymus\*, Oziam de  
 peccato suo non redarguerat. Moyses jubet, ut Israelita gla-  
 dium contra fratres suos aducant, id est, prout explicat S. Au-  
 gustinus, ut corruptionis gladius in omnia ea loca deferatur,  
 ubi peccatum puniri meretur, inde maledictus, qui gladium  
 suum in vaginam mittit: \* Maledictus qui prohibet gladi-  
 um suum à sanguine, inquit Deus apud Jeremiam.

Lethargicus non nisi dormire cupit; ut ut fatalis sit  
 ipsi Sopor suus, non tamen vult, ut excitetur. Oportetne  
 propterea, ut in quiete relinquitur? Non, respondet S. Au-  
 gustinus\*, agitari, urgeri, excitari, torqueri debet. Jesus  
 Christus vult ad Sepulchrum Lazari, Nathan querit Davi-  
 dem, Pastor post ovem errantem currit. \* Si Saul puni-  
 tur, quod Gabaonitis datam à Jona fidei non servaverit;  
 si populus Israeliticus propter curiositatem Davidis in  
 enumeratione populi castigatur; si Jona inobedientia  
 furiosam tempestatem in eos, qui cum ipso sunt in navi  
 excitat; si ob peccatum Achan universis populo mina inten-  
 tantur: an, querit S. Gregorius Nazianzenus, Deus propter  
 peccata proximi tui magis misericors erga te erit, quando,  
 cum potuisses, ipsum corrigere neglexisti. Ubi ignis, proxi-  
 mi tui domum comburit, tranis; et ubi proximum tuum  
 sceleribus implicitum cernis, ridet? Cur Jaram Tribus Is-  
 rael arma cepserunt adversus Tribus Gad et Ruben, quae  
 falsis numinibus altaria exonerant, nisi quia matuebant,  
 ne Deus in ipsis hanc idololatriam ubiesset, nisi ipsi  
 illam vindicarent.



Sed sapia causa Domini te parum angit, sola, quas acci-  
 pis, injuria te exasperant; et in hoc consistit discrimen  
 inter Dei et Daemonis filios. Hic Seditio Spiritus homines  
 ardentes non afficit, nisi ut illatas injurias persequantur,  
 illas in ipsorum imaginatione auget, ipsos, ut eas ulcis-  
 cantur, incitat: Ergone alius te impune offendet? Judas di-  
 cit Pharisaeis, Tradidi Sanguinem Justi: Quid ad nos, res-  
pondent illi, tua res agitur, non nostra. \* Matth. 27.

Deus porro e contrario vult, ut ad nostra commoda fera  
 insensibiles, sua cordi habeamus. \* Unde etiam S. Paulus Apos- \* 1. Cor. 13.  
 tolus caruens Christianos Corinthi ex scandaloso inuestu caril-  
 lationis aut indifferentiae argumentum hunc: quid cogitatis?  
 inquit, quod lacrymas ex oculis vestris elicere deberet, vos gau-  
 dio afficit.

## XIV.

385.

Cartis occasionibus tenemus corripere non tantum eos,  
 quos credimus in bonam partem accepturos correptiones nostras,  
 sed et illos, qui probabiliter eandem rejacturi, illeque vaha-  
 mentius obstituri sunt: Et hoc est discrimen, quod calabris  
 quidam saeculi nostri Concionator\* ponit inter correptionem  
 fraternam, quam post S. Bernardum\* velut Sacramenti spe-  
 ciem quendam respicit, et inter varorum Ecclesiae Sacramen-  
 torum administrationem.

Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae, &c. non nisi iis  
 dantur, qui ea desiderant, atque ad ea recipienda sufficien-  
 ter parati creduntur, eo usque, ut, si in articulo mortis qui-  
 dam absolventur, quibus narratio amplius libera nec ul-  
 lus sermonis est usus, Ecclesia omnium matrum piissima  
 ipsorum voluntatem interpretatur, ne non congeriat, eos  
 tanquam veros Christianos mori velle. Non idem est Sa-  
 cramentum fraternalis: Sive quis eam recipere velit, sive re-  
 pellat utque obstat, charitas christiana, quae peccatum  
 ferre non potest, vult ut hoc munus impleatur. Si pecca-  
 tor fugit, tum persequendus est: Audiat vocem post tergum  
monentis; si in suis flagitiis quietus persistat, tum in hac  
 lethargica quiete turbandus est. Vade, inquit Jesus Christus,  
et corripe eum.

## XV.

Admirabilis Christiana charitatis potentia, ut quae  
 sibi omnes homines subjiciat! quae, in quocumque Je-  
 sum statu sint, modo ipsis est quod agricultor terra, mo-  
 do quod human aëri, modo quod venti mari. Terra initis  
et vana

\* M. J. M. E. D. A.

\* Magnum ad-  
 mirabile Sacra-  
 mentum est ani-  
 marum salutatio  
 per conversio-  
 nem. S. Bernard.  
 hom. 2. De Bog-  
 chota.Terra erat inanis  
 et vana



erat vacua, et se sola pauca producit, oportet ut agricola manus eam colat, ceterisque rores ipsius fecunditatem excitent, ut semen, quod ipse in illa diffundit, geminare et multiplicari possit.

Egenus est terra vacua; vos divites, vestrum est illam colere; vos beneficii, vestrum est sterilem hunc fundum irrigare; atque vestras elemosynas in ipsum conijcere. Item ipse Deus, qui terram agricolis subiecit, miseros hos vris vobis submitit.

Aër ex se totus est tenebrosus; at ubi Sol oritur, illum suo lumine illustrat, nec non oculis nostris omnium spectaculorum gratissimum suppeditat. Dantur certe mentes in adeo profunda ignorantia sepultae, tantisque tenebris involutae, ut falsum à vero distinguere non valeant. Vos docti, vestrum est, illas illustrare et docere, ipsis viam veritatis et virtutis monstrare: charitas illas vobis subiecit.

Mare non esset nisi stagnum mortis fecundum, et intolerabili putori subiectum, nisi venti illud agerent, nec non aquarum suarum salitudo illius corruptionem impedit. Salis foret status peccatorum, ex quorum penetrabilibus pestilens vapor exiret, nisi corruptionis sal et ventus eos agerent. Zelosi curatores, hos peccatores charitas vobis subiecit.

Verum an non in nobis ipsis incorruptum testem habemus, quem removere non valeamus? et an non statim ac nos ipsos nocentes efficiamus, vermis intarnus conscientias nostras rodit? Ita: sed sapientia testis et iudex isti silent, sapientia hujus conscientia stimuli non sentiuntur, et hoc hujus multi testis, hujus corrupti iudicis, horum suffocatorum stimulorum charitas fraterna sal et vento corruptionis mare istud usque ad penetralia sua agitare debet, quò impediat ne corrumpatur.

388.

Bonitatem et  
simplicitatem  
et silentiam  
dare me.

## XVI.

Regius propheta tria à Deo postulabat homini, qui proximum suum utiliter vult corrumpere, necessaria, bonitatem nempe, delectationem et firmitatem. Bonitas est prima necessaria qualitas. Cum enim quidpiam savi in ista corruptione sit, oportet, ut haec bonitas vias illius preparat. Imò hac occasione dici potest, quòd verum ordo inverti debeat, priusquam cor lucandum sit, quam ad mentem veniat. His, quos reprehendimus, si-



quifitare oportet, quod hac libertate. utamur potius ex De-  
 siderio salutis et famae ipsorum, quam ex alia quacun-  
 que causa. Diligite, inquit S. Augustinus, et postmodum,  
 quodcumque placuerit, agite. Ad quam corruptionem per-  
 tinere legimus in sacris litteris? ad Spiritum Sanctum. O  
 quanta sunt huic censori illicia! non modo amore abundat,  
 sed ipsius amor est. Non solummodo consolatione plenus est,  
 sed ipsemet consolator est.

## XVII.

Huic bonitati adjungenda est ars et sapientia. Sapientia,  
 qua ante omnia potentiam suis objectis et remedium malis ac-  
 commodet. Nimis multi reperuntur in mundo homines, qui-  
 bus non nisi amarus zelus est et immoderatus ira impetus,  
 inquit S. Paulus. Nimis multi sunt, qui ex quadam amula-  
 tione sine scientia propriam et non Dei justitiam stabilire  
 intendunt. Judicant non ex regulis veritatis, sed ex falsis  
 mentis suae cognitionibus; non secundum principia divinae  
 justitiae, sed secundum suarum cupiditatum impetus.

Si ipsi indoles sava et agrestis, tum vel minima con-  
 suetudines, congressus honestissimi ab ipsis peccata reputa-  
 buntur. Si sordidi et avari, prodigalitatis damnabunt sum-  
 tus etiannum moderatissimos. Justitiam Dei non ha-  
bent, et suam statuere volentes, justitia Dei non sunt  
subjecti. Oportaret ut expectarent, donec fratrum suorum  
 furor pertransisset; sed quia ipsimet sunt furibundi, ipso-  
 rum correctiones intardum perniciose, et semper inuti-  
 les evadunt.

Eadem est correctionis ratio ac auxilii, quod hominibus  
 furiosa tempestate periculis praestari potest. Caelum fulge-  
 tris hinc, undique murrant venti, nevis jam penis  
 diffracta est, quodnam medium ipsis operam ferendi? nihil  
 reliquum esse videtur, quam ut manus ad caelum tollantur,  
 ipsorumque infortunis ingemiscatur; nam qui in ipsos  
 magno impetu irrueret, ut à periculo, in quo versantur,  
 eriperet, talis se discrimini exponeret una cum ipsis pericu-  
 li. Expectandum donec mare tranquillaturo, et que-  
 dam idonea tabula inveniretur, super quam portum  
 attingere possent.

Vidas hominem adeo irâ paritum, ut se ipsum haud  
 noscat, vinum aut cupiditas illum in furiosa extrema  
 conjicit, frustra illum in hoc statu corrigere niteris; expec-

Arguat mundum  
 de peccato, de  
 justitia et ju-  
 stis

397.

Testimonium illis  
 perhibeo, quod  
 amulationem  
 Dei habent, sed  
 non secundum  
 scientiam. ad  
 Rom. c. 10.



ta Jonae procella pertransierit; fortè ventus Spiritus Sancti illum afflabit, atque ad portum Iuset; fortè vir iste iniquis commercii addictus de suo peccato ambenet, tum et tibi et illi inter alium hoc favens erit.

## XVIII.

388.

Ne sis ex numeris imperitorum Medicorum illorum, qui magnum proferant malum ut exiguum sanent. Enigma mihi erat febris, ea me liberasti; sed quia nimis frequentibus Sanguinis emissionibus venas meas exhaustisti, ad tantum languorem me redegitisti, uti fortè moriendum erit. Vulnus, quod habebam sanasti, sed me mutilasti. Leviter in pede Sanguis eram, sanasti me, sed reliquis vitæ meæ diebus claudicabo. caro abmodum emittitur Sanitas, quando tanti constat.

## XIX.

389.

In omnium corruptionum prima, quæ Deus Adamum post peccatum suum accepit, invenimus bonitatem Iustitiam, et Sinceritatem: Sed quid in Adamo carnis? excusationem, Superbiam, malitiam. In procinctu apologiam suam adit: Si de fructu manducaui, illum Eva mihi obtulit, primus cum non tetigi. En excusatio et Superbia; at et etiam malitia: Vis non Deum ipsum inobedientia sua reum facere vult: Mulierem illam, quæ ad comedendum de fructu isto me invitavit, tum mihi sedisti, non nisi à te cum tenas.

Mulierem quam  
Sedisti mihi.

Quod pater fecit, id agunt filii: Modò se purgant, modò alabuntur; sed sæpi cum in bonam partem accipere debent corruptiones, quæ ipsis fiunt, tum à contrariis censorum suum à calca ad caput examinant, inquit S. Augustinus; ut ut levis sit culpa, quam admisit, sibi internè applaudunt magis de peccato alieno, quod detaxarunt, gaudentes, quàm ad propriam sanationem Sensibiles: Plus gaudent de infirmitate inventa quàm de infirmitate curata.

\* ad Bromlaicum  
alias 197. et in  
nova editione  
32.

Lamentanda injustitia, exclamat hic S. Pater; Eum vero quis est ille, qui te corripit? estne frater tuus? estne ipsa veritas? estne vir ille, quem velut nequam hominem intraveris? vel estne Dei bonitas, quæ per organum suum te abloquitur? Si vir ille de peccato, quod non perpetrasset, te argueret, cum videres, vel hoc te minus moveret; ergo



veritate exarbat. Porro investiga, quantum volueris,  
quod si in veritate quidem reprehensione dignum inveni-  
ris, malitiam et superbiam tuam excusabo: Quare in verita-  
te quod reprehendas. Sed quia nihil hujusmodi unquam in  
ea reperies, ergo te illius censura subijce; et quia beneficus  
hic adversarius non nisi pro tuo bono te reprehendit, esto ei  
in hujus vite via consentiens. Esto consentiens adversario  
tuo dum es in via.

## XX.

390

S. Bernardus de duabus enormibus quorundam eta-  
tis sua Superiorum Ecclesiasticorum corruptalis quere-  
batur; de vitiis ipsorum et inemendabilitate. Intuere in-  
quiebat. 1) "quomodo incedant nitidi et ornati, tanquam  
"sponsa procedens de thalamo suo. Nonne si quempiam ta- " *\*Serm. 77. in*  
"lium repente eminis procedentem aspexeris, sponsam po- " *Cant.*  
"tius putares, quam sponsa custodem? unde vero hanc illis  
"causare existimas rerum affluentiam, vestium splendo-  
"rem, mensarum luxuriam, congeriam vasorum argenteo-  
"rum aurorumque, nisi de bonis sponsa! Inde est, quod  
"illa pauper et inops et nuda relinquitur. Non est ornare  
"sponsam; non est custodire sed perdere, non est defendere,  
"sed exponere, non est instituire, sed prostituere, non est  
"illius gregem pascere, sed favore. Ubi inter eos ille  
"est, qui evacuandis erumenis eorum, qui sua cura sunt  
"committi non magis invigilat, quam ipsos à vitiis suis  
"emendando? Ubi ille est, qui precibus suis iram Domi-  
"ni mitiget, et populis suis annum reconciliationis et  
"veniae annunciet?  
" Sed frustra de his corruptalis ~~loquor~~ dicitur loqui  
"mur: qui eorum rei sunt, nos non audiunt. Si quod hac  
"de re sentio, ad ipsos scripsero, litteras meas non legent,  
"aut si eas legerint, tunc mihi indignabuntur, quamvis  
"rectius sibi hoc facerent. Propterea relinquamus indociles,  
"istos non inventores sponsa, sed venditores; inquiramus  
"potius illos, à quibus sponsa se inventam loquitur. Et qui-  
"dam illorum sortiti sunt ministerii locum, sed non solum;  
"successoras omnes cupiunt esse; imitatores pauci. O utinam  
"tam vigilas reperirentur ad defendendam sponsam suis curis "



" commissam, quam alacres currunt ad occupandas vacantes  
" cathedras, ut eam spolient.

## XXI.

391.

Si correptiones tuas cō animi mansuetudine, quam mihi Evangelium prescribit, susceperis, nullum inde dolorem sentiam, inquit S. Augustinus scribens ad S. Hieronymum. Et quamvis ex infirmitate aut virtutis defectu correptione tua affligeris, tamen prestat, ut in eis sentiat, quam malum non sanetur sub pretextu parandi agroti. Inimici, qui nos injuriis afficiunt, sapientius commotis et utilitatibus nostris magis serviant, quam amici, qui nos reprehendere non audent. Illi, qui non querunt, nisi ut nobis molestiam creent, interdum loquuntur veritates, quæ nos ad nos ipsos revivificaverunt; cum e contrario isti metuentes ne amicitia jura labefactent, non omnem eam libertatem in nos sibi hument, ad quam justitia amor eos impellit.

## XXII.

392.  
\* Ep. alias 9.  
num. 82.

S. Petrus, ait S. Augustinus ad eundem scribens\*, illos, qui interdum à recta viâ deflectunt, monet, ne agra ferant, quod alii ipsis juniores eos reprehendant. Exemplum hoc quidpiam preclarior continet quam illud, quod S. Paulus eadem occasione nobis prebuit. . . . Quamvis sit optandum, ut in nullo devietur, laudabilius tamen et prestantius est cum docilitate correptionem suscipere, quam eam faciendi animum habere. Si S. Paulus magnus nobis videtur ob suam firmitatem et Zelum, profecto S. Petrus adhuc major videtur ob suam humilitatem et mansuetudinem.

## XXIII.

393.

Nescio num non virga, qua peccatoribus intentatur, plures ex malis peiores affecerit, quam ad fugam reduxerit. Quanta perplexio, quod vult, si puniatur, peccat, et alii, si non puniantur, ultra etiam peccant? Quotidie in hoc erro, inquit S. Augustinus, quod non satis provideam, quibus occasionibus et rationibus hoc Apostoli preceptum sit adimplendum: Delinquentes publice reprehende, ut ceteri metum habeant: nec videam, qua ratione illud cum isto Christi ipsius mandato: Si frater tuus coram te peccaverit, illum privatim et inter te et ipsum solum corripe, convertat

\* S. Aug. ad Bonifacium. Ep. 95. alias 250.

Ubi quis id facere tenebre credit, quanta inquietudo, quantus timor, ne eis, quos corripit, id eveniat, quod S. Paulus metuebat, ne illi eveniret, de quo in secunda ad Corinthios Epistola loquebatur, ne videlicet immoedia opprimantur tristitia? Quanta incertitudines! quanta tenebra, omni



chara Paulina! An non id ipsum Davidam induxit, ut dicitur:  
Timor et tremor venerunt super me: et contaxerunt me  
tenebrae....: Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et vola-  
bo, et requiescam in solitudine?

## XXIV.

Corruptis est Christiana et sancta, quando fit ex principis  
 charitatis; Salutaris est et efficax, quando prudentia regitur;  
 est utilis et meritoria, quando pro fine Deum habet, inquit S. Bo-

394.

## XXV.

Falsa amicitia, proprii commodi Studium, et indiffere-  
 rentia faciunt, ut proximum nostrum corrigere non cogi-  
 temus; falsa amicitia facit, ut illius vitia non videamus;  
 proprii commodi Studium, ut ea dissimulemus, et indiffe-  
 rentia, ut ea parum curemus. Vitium diligimus, quia per-  
 sonam diligimus, et parum sumus solliciti charita-  
 tis officio satisfacere, quamvis urgentia sint, atque  
 Providentia voluerit ut alii alio essent inferiores,  
 sive in ordine naturae, sive gratiae, quia mutua sibi  
 praestant auxilia. Inimvero non eadem est hominum  
 ac Angelorum ratio, inquit S. Thomas; ubi unus ex his  
 beatis Spiritibus in aliqua re est superior, tunc in omnibus  
 est. Sed inter homines semper magna reperitur ina-  
 equalitas: Si unus dives est, alter est egenus; si unus  
 est herus, alter est servus; sed saepe hic egenus est pro-  
 ditus virtutibus, quibus ille dives caret; saepe herus ista  
 vitiis laborat, à quibus ipsius inferiores sunt liberi: Et  
 ab hac inequalityte magna commoda eruit charitas,  
 sive ut ad faciendam sive ad recipiendam correctionem  
 nos impelat.

plerumque peccata proximi nostri exaggeramus,  
 quando illum non diligimus, et ea minimus, quando  
 illum amamus. Ubi Joseph Pharaonem Pharaonis ro-  
 gavit, ut sui memor esset, nec de fratrum suorum, qui  
 ipsum venderant, inhumanitate, nec de herede sua,  
 qui falso ipsum accusaverat, impudicitiam quidem  
 ei locutus est. At quando fratres Joseph cum per dandi  
 consilium ceperunt, in solis ipsius somniis tantam in-  
 venere malitiam, ut censuerint eum vel vita vel  
 libertatis dispendium moveri. Na unquam in proxi-  
 mo tuo falsa quare vitia, quae corrigas, sed si in eo ve-  
 ra et gravia fuerint, corripe illum solus solus, nec  
 imprudenter ea aliis reveles: Qui hanc regulam

\* In speculo No-

vitiarum.

395.



non servat, minus est censor officiosus quam columbicat  
tor et cavillator.

## XXVI.

396.

Leguntur apud S. Bernardum excellentes regula, ut  
cum fructu correctionem facere, et simul eam in bonum  
usum convertere valeamus. Una ex gravissimis iuxta ip-  
sum haec est, ut nempe ad propria nostra vitia attenda-  
mus, et nos ipsos dijudicemus, antequam in alios judi-  
cium exerceamus. Quanta enim foret confusio, velle  
proximum nostrum vitii aliterius, cuius nos ipsi rei su-  
mus, arguere, aut cum immorica severitate illum  
accipere, dum nobis ipsis magna vitia indulgemus?

Miramur, quod cum commiserationis affectu et  
mansuetudinis verbis peccatores interdum accipiantur,  
qui tamen nostro iudicio severioribus correctionibus di-  
gni essent, sed non animadvertimus, quod certis qui-  
busdam occasionibus haec pia indulgentia omnino sit  
necessaria corripienti; quia considerat, quod in simili  
occasione eam quoque sibi praestari cuperat. Considera

\* Galath. 6.

ta ipsum, inquit Apostolus, ne et tu tentaris. Ex his intin-  
nis humanis affectibus sui ortu primordia sunt fraterna

\* Serm. 44. in  
Cant.

"dilectio, inquit S. Bernardus, "at de iuxta homini ad se

"ipsum naturali quadam dulcedine tanquam de humore

"terreno sumit vegetationem et vim, per quam, spiran-

"ta desuper gratia, fructus parturit pietatis, ut quod sibi

"anima naturaliter appetit, natura consorti, id est,

"alteri homini iuxta quodam humanitatis, ubi poterit, et

"oportuerit, non existimabit detegendum, sed sponte

"ac libens impatiatur. Inest ergo anima, si peccato non

"obsolescat, grata et egregie quasi suavitatis liquor, ut

"molliorem magis ad compatiendum peccantibus, quam

"ad indignandum asperiosem se sentiat et exhibeat.

Haec tamen indulgentia non debet usque ad mollem  
et immoricam mansuetudinem degenerare. Si enim  
verum est, quod, sicut nos ipsos proximum nostrum dili-  
gere debeamus, non minus verum est, quod, cum nos  
ipsos condemnare et punire teneamus, eandem quoque  
regulam per quondam huius dilectionis, extensionem  
erga eos, qui velut alteri nos ipsi sunt, servare tene-  
mur, nisi cum S. Bernardo dicamus, quod si charitati



christiana severitas et mansuetudo insit, expediat, ut se-  
veritatem nobis reservantes, nihil nobis indulgeamus,  
mansuetudinem vero in proximum nostrum impenda-  
mus, ut sic ad suum officium illum reducamus.

## XXVII.

Quaererat Nestorius à S. Augustino, num, quando quis  
veniam roget, non obliviscenda sit criminis qualitas: Res-  
pondet hic S. Pater, hoc quidem locum habiturum, si so-  
lum animus esset homines puniendi, non vero corrigendi,  
quod tamen unica cogitant Christiani. Nullius punitionem  
petunt ex vindicta cupiditate, ipsi, qui lapsi non modo  
indulgent, quamprimum ab ipsis venia petitur, sed etiam ante-  
quam ipsa rogetur. Verum charitas et justitia ipsos obligant  
ad utendum erga peccatores sapientibus correptionibus. Pro-  
ut ut malum pro malo reddant, quin potius in se ipsis omne  
desiderium mala inferendi extinguunt. Solum consilium  
eisdem peccata sua ob oculos ponendi, quò in postarum pen-  
santiores et fideliores sint, ipsos ad talia capienda remedia  
impedit. Nam sicut fieri potest, ut accepta injuria sensu  
pamolus illum, à quo eam accepit, corrigere negligat, ita  
etiam fieri potest, ut alius, qui in eum, qui ipsum offenderit,  
rancorem nullum, imò non nisi amoris sensa sint, ipsum  
contristet, ut corrigat melioremque efficiat.

## XXVIII.

Sunt nonnulli adeò severi, ut nullum mansuetudi-  
nis et lenititudinis sensum conservent; et sunt alii adeò man-  
suati et indulgentes, ut nullam regulam nullum ordinem  
disciplina teneant; priores in excusis peccant, postiores ex  
defectu; et inde evenit, ut correptionis praecipuum omittatur,  
vel inutile reddatur.

Utrique ergo monendi sunt, ut sic justâ temperatione  
utantur, quò accuratam servantes disciplinam, à mansue-  
tudine non recedant, et mansuetudinem adhibentes dis-  
ciplinæ rigorem non deserant, ut cum obstinatas mentes  
corripunt, non obdurentur contra omnem commiseratio-  
nis et lenititudinis sensum, et cum infirmas animas con-  
solantur, nimia remissione se emoliri non patiantur.  
Oportet ergo ut suarum admonitionum severitatem mi-  
sericordi lenitate temperare noverint, sitque mansuetudo  
huius severitati velut condimentum, ita ut haec ambae sibi mu-  
tuam praestent operam ac se se mutuo fulciant, nec  
severitas nimis aspera, nec mansuetudo nimis remissa  
sit. Ita S. Gregorius lib. 39. Moral. c. 12.

397.

398.



## XXIX.

Hae Savaritas et hae mansuetudo amba vim suam amittunt, si conjuncta non sint. Necessaria est mansuetudo, quae peccatores consoletur sine ullo justitia damno, et necessaria est Savaritas, quae eos castiget sine laesione charitatis.

Samaritanus Evangelicus umbraeibus aegroti illius, quem in via javentem reperit, vinum et oleum adhibuit, ut vinum per suam acrimoniam ea mundaret, et oleum per suam unctioem amolliraret; pariter miscenda est lenitas cum Savaritate, ne nimia acerbitate exasperentur ii, qui corripimur, et nimia benignitate solvantur. Oportet habere amorem, sed qui non amolliat; vigorem, sed qui non exasperat; Zelum, sed qui non immoderate castigat; lenitatem, sed quae sine ratione non parat. S. Gregorius lib. 2. Moral. c. 8.

## XXX.

399.

\* Psal. 44.

\* S. Bernard.  
in haec verba:  
Propter mansuetudinem.

Veritas, mansuetudo et justitia, erant illa tria, quae David per antiscipionem in Christo admirabatur; nec dubitabat, quin his proclaris qualitatibus instructus omnes homines sibi subjecerat. "Atingere gladio tuo super femur tuum potentissimo; arcum tuum intende, prospere procede et regna. Dextera tua mirabilia patrabit, Sagittae tuae corda inimicorum tuorum transverberabunt, populi cadent ad pedes tuos, thronus tuus erit thronus aeternus, Sceptum regni tui erit Sceptum aequitatis et justitiae. Haec sanctus Propheta David loquebatur, sibi persuasum habens, quod ubi quis pro regulis veritatem, mansuetudinem, et justitiam habet, ipsi ea, quae aggreditur, ad vota cadant; hisque regulis se subicere debet, quisquis proximum suum corripere vult: Veritatem habeat, ut cognitor, mansuetudinem ut pater, justitiam ut iudex. Oportet ut cognoscat veritatem peccati, quod reprehendere vult, sicut ille eam cognosceret, qui omni studio in illam indagasset. Oportet, ut postquam peccatum istud cognovit, tanquam pater mansuetudinis sensus habeat, ne correptionem suam ad vitiosa extrema deducat. Denique oportet, ut huius veritati et mansuetudini iudicis integri ac fideliter officium suum adimplentis aequitatem adjungat.

Si haec tria habet, tum ipsius arcus intensus nunquam frustra sagittam amittat, prospere procedat et regnabit submissione, quam in manibus inveniat; ipsius verba



velut sagittae penetrantes inimicorum Dei corda transverberabunt, atque ipsis charitatis vulnera infligent. Vicia detraherentur, et virtutes restituentur: populi devoti et pudore suffusi ad ipsius pedes cadant, gratia in ejus labiis diffundatur, et Deus illum benedictionibus cumulabit.

## XXXI.

400.

Verum an non correptiones nostrae sunt inutiles, si ii, quos corrigere volumus, sint perditionis filii, ut ut eos admoneamus, tamen peribunt; et si ex electorum numero fuerint, tunc certe salvabuntur; cur ergo corripiantur?

Hoc ipsum S. Augustinus objurgabatur; atque ad id respondit libro de correptione et gratia. Corripita promiscue omnes peccatores, nec curatis, quid Deus cum ipsis acturus sit. Si ille, quam corripitis, est filius pacis, tunc super illum descendet pax vestra; si filius mortis est, ipsa ad vos redibit. Itaque quamvis Decreta Dei sint immutabilia, vos munere vestro fugamini; nec animi frustra S. Paulus dixit: Quid infirmum fratrum vestrorum perire cernatis, pro quo Jesus Christus mortem subiit, quin et illum praestatis auxilium?

Ne ergo dicatis; qui vivere debet, vivat: qui mori debet, moriatur: nemo perit nisi filius perditionis. Hoc verum est; sed Deus per prophetam suum Ezechialem monet vos, quod re ipsa in peccato suo sit moriturus; sed quod rationem animae ipsius appetituros sit ab exorbitatore, qui ipsi invigilare tenabatur. Unde quia praedestinos à reprobativis discernere non valamus, et alios tenemur desiderare, ut omnes homines salvificent, oportet, ut per correptionem nostram ex parte nostra faciamus, quod possumus, ne pereant, aut saltem ne alios secum perdant. Deus secundum Sancta sua Decreta de eis disponat, quidquid voluerit, eisdem adhortationum nostrarum succursum relinquamus, illas reddet utiles, si ita ipsi visum fuerit, eruntque utiles eis, quos providit conformes fieri imagini filii hui.

Sed his omnibus omis, audite S. Paulum, qui nos jubet inquietos corrigere, debiles consolari, infirmos suscipere, patientiam ergo omnes exhibere, et nemini malum pro malo reddere. Atqui redderetur utique malum pro malo, si qui reprehendi meretur non reprehenderetur; et si ignava et negligenti indolentià ipsius peccatum diffundaretur, cum potius officii sui admoneri laborat.

## XXXII.

Corruptis est finis, semper male olet, inquit S. Bernardus; et loape peccator illius odorem ferre nequit. 401.



Sed fimum iste ipsius animam pinguis fauere dabat, atque ad radices sterilibus arboris ponitur, ut bonos fructus ferre cum fauiat. Oleum pascuatoris, quod adulat, mala pinguedo est, qua non nisi tribulos et spinas producit; sed oleum correptionis, iusti est pinguedo salutaris, animam, qua illa bona utitur, virtutibus fovendam reddens. \*Quid faciamus tibi, S. Bernard. Sum. 2. de SS. \* Non piger et superba, qui eam rejicit, qui ad hanc misericordiam Petro et Paulo? Nonne bonum fimum sparsimus in agro tuo? unde ergo lapides habet? Sed tu inimice homo hoc fecisti, qui heridiam tuam non exuitas, sed excusare pergens, fimum tibi parvas in lapides, undeque impinguari debueras, lapidaris.

### Supplementum.

Plura illaque proclara apud originem sunt loca de correptione fraterna. Hom. 6. in c. 16. Ezechiel: ait, quod sapi admiratur Prophetarum audaciam et animum, qui mortem, contumelias, et omnia pericula, quibus se exponebant, contemnentes, maluerunt placere Deo, quam hominibus, infamia affici, et inclementer haberi, quam officio suo desere. Profert exempla Isaie, Ezechielis, Jeremia, p.

In prima sua Homilia in Psalmum 37. ostendit, quo spiritu suscipere debeamus correptionem alienam, quantis calamitatibus nos ipsos exponamus, quando ea offendimus, vel abutimur, qualis hac in re fuerit magnorum peccatorum indocilitas, qui oderunt et persecuti sunt illos, quos revereri et diligere dabant.

402. S. Basilius Hom. 3. in Psal. 14. et 47<sup>ma</sup> responsionum suarum pluribus argumentis necessitatem hujus correptionis adstruit. Sed S. Chrysostomus hac de re fusius adhuc disputat Hom. 43. in Genes. et in ea, ubi ostendit, quibus rationibus et animi cordisque affectionibus correptiones aliorum recipi debeant: Videntes sapi fratres nostros in ipsum impietatis profundum, et in fauces Diaboli cadere, neque sermons eos dignamur, neque consulere, neque verbis admonere. Qualem habebimus defensionem, cum justus Loth ne filiabus quidam parit, ut hospitium servaret curam? Vulnere subditis, quae amicus infligit, sunt meliora, quam oscula adulatoria inimici. Osculatus est Dominum Judas, sed osculo prodidit. Paulus vulneravit eum, qui apud Corinthios scortatus erat, et salvavit. S. Chrysostomus Hom. de parentis reprehens. Tom. 3.



S. Augustinus querens, cur sapienter justis cum impiis puniantur, respondet, Deum ita agere, quia aliorum vitia dissimulantur, et cum salutaria remedia eis adhiberi possent, negliguntur ex pluribus, quas refert, rationibus: "Val cum laboris piget, vel cum os eorum coram  
"veramundamur offendere, vel cum eorum inimicitias devotamur,  
"nam si impediunt et nocent in istis temporalibus  
"rebus, sive quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas,  
"sive quas amittere formidat infirmitas. Ea propter  
"jura istam vitam, quando divinitus affliguntur, cum  
"peccatoribus amaram sentiunt, cujus amando dulcedinem  
"nam peccantibus amari esse voluerunt.  
"Nam si propterea quisque objurgandis et corripiendis  
"his mala agentibus parit, quia opportunius tempus in-  
"quirit, vel iisdem metuit, ne deterioras ex hoc efficiantur:  
"tur: non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium  
"charitatis. Id est est culpabile, quod hi, qui dissimiliter  
"vivunt, et à malorum factis abhorrent, parum ta-  
"men peccatis alienis, quae deducere et objurgare debe-  
"rent, dum eorum offensiones cavent, ne sibi nocuant in  
"his rebus, quibus licet à boni, atque innocentes utuntur,  
"sed cupidius quam oporteat eos, qui in hoc mundo pe-  
"raginantur, et spem supernae patriae pro se gerunt.

Posunt etiam legi, quae idem S. Pater Serm. 13. De verb. Dom. in Matth. elocutus est, quod Deus sint media, ne malorum societate depravemur; primum, ut ipsorum vitia non foveamus, nec ipsis consentiamus; alterum, ut eos admoneamus et corripiamus.

Præclara etiam sunt ea, quae S. Hieronymus hanc in rem dixerit; ut Rom. 44. in 2. ad Corinth. lib. 2. in c. 5. Amos, et præsertim lib. 3. in eundem Prophetam.

Dominus Honoratus Patriarcha Hierosolymitanus in excellenti epitome exemplorum de vitiis et virtutibus à sacra Scriptura excerptorum c. 30. de convectione fratrum quamplura refert. Exemplum Abrahami, qui discordiam inter suos et loth pastores composuit; loth, qui Sodomitas corripuit, et hujus populi indocilitatis; exemplum Rulan et Juda, qui fratribus suis consilium, quod adversus Joseph caperant, injustitiam exponerunt; filiorum Juael,



\* 4. Reg. c. 3.

qui ad Tribum Benjamin miserunt, qui ab ipsis quaererent cur tantum flagitium admisisserent? Abner, qui Hazababalem admonuit; Elisai, qui Regi Joram in conspectu universi exercitus ipsius dixit: Si non vultum Josaphat Regis Juda eubeneram non attenderam quidem tu, nec respexeram; Nehemia, qui populi Principes Levam corripuit; Judith, Danielis, Joannis Baptistae, Jesu Christi, S. Petri, S. Stephani, &c.

404.

\* 2. 2. q. 33.

B. Lingendas Sermo de correctione fraternâ ostendit, quid eam nascasariam reddat, et quid eam utilem facere possit. Illius nascasitatem probat, proclaro S. Thoma principis\*, quod, cum corruptio altaris peccato remedium sit, possit peccatum istud considerari, vel ut noxium iis, qui illud perpetrant, vel ut fatale pluribus aliis, qui per illud scandalizari possunt. Cum peccatum istud mortem afferat iis, qui illud perpetrant, charitatis Christianae est, ut corripiantur, et cum idem peccatum societati civili noxium sit, justitia est illud reprimere. Est insuper opus misericordiae, quod pluribus rationibus probat.

Ostendit postmodum, quod, quaecumque damnum sit obligatio proximorum corripiendi, attamen praecipuum istud omnino negligatur, vel ex eo exiguus fructus colligatur. Negligitur ex defectu magnanimitatis et favoris, et ex pluribus vanis praetextibus, quae adducuntur, modo motus, ne admonitiones quae fiunt, speratum successum non obtineant; modo ne ex iis non nisi cavillationes et contemptus referantur, &c.

Exiguus fructus ex corruptionibus colligitur ob malam eorum, qui corripiuntur, affectionem. Corruptio fieri non potest, et hoc est 1<sup>o</sup> consilii et rationis vitium, velut phariseorum illorum, qui Medios suos expellunt. 2<sup>o</sup> Magnum superbiae signum, et sive Stultitia sit sive Superbia, malum inde redditur insanabile. p. à pag. 670. usque ad 701.

## Christianus.

Religio et vita Christiana, Spiritus Christianismi, dignitas et officia Christiani.

## Sermo Primus.

Miserunt Judaei Sacerdotes et Levitas ad Joannam, ut interrogarent eum: In quis es? Joan. 2.

405.

Pro Dominica  
3. Adventus.  
et pro feria  
3. prima heb-  
domadae Quor  
Invocatio

Hae interrogatio pluribus abundat mysteriis, latiusque patet, quam arbitramini F. M. Judaei olim Sanctam et